

Feria III. Pentecostes.

CONCEPTUS I.

Proponitur signa aliqua Prædestinationis, comparat cum proprietatibus Oviculæ.

Cum propriat ovæ emiserit, ante ear vadit, & oves illam sequentur: quia sicut ovem ejus Joann. 10.

EXORDIUM.

Sicut Christus boni Pastoris notas omnes implevit: ita nos oportet electarum Ovicularum signa habere.

Divinitus Mundi Redemptor non una vice, & loco Sancti Evangelii seipsum sub schemate Boni Pastoris, dilectas vero animas, quas ad æternæ gloriæ præmium destinavit, sub similitudine oviculæ solitus est proponere. Quædammodum igitur ille optimi Pastoris notas ac munia perfectissime implevit, eo quod animam suam deditit pro ovis suis, vitamque suam omnem, ac mortem ad id ordinavit, & impenderit, ut illæ vitam haberent, & abundantius habent. (Joann. 10.) Ita etiam signa quadam, ac discernicula indicavit, quibus electæ Christi Oviculæ a reprobis hædis facile velleant distinguari. Scio quidem, quod Providissimus Deus Prædestinationis arcanum coram oculis hominum omni studio occultet, idque variis ex rationibus. Primo, prout explicat Gregorius (1. 6. ep. 22.), ne homo, suæ salutis securitatem elatus, superbiat, aut ad desidiolum in bono securitatem delabi incipiat; eum securitas sit mater negligentie. Secundo, ut hæc ipsa salutis incertitudo nos excitet ad sancta opera, prout affirmat Novarinus. (in delictis amor. 23.) Tertio denique ad mentem Divi Bernardi (serm. 15. in Pf. 99.), ut salutaris timor Domini, qui virtutum omnium custos, & salutis pignus est, in cordibus nostris nunquam non radices agat. Sc. Nihilominus in hac ipsa Prædestinationis obscura caligine elucet quadam signa, ac notas, & quibus omnia suam electionem haud obscure poterit conjecturari; ita Bernardus (serm. 1. in 1. ep.) expressè inquit: Propter hæc data sunt signa quadam, & indicia manifesta salutis: ut in dubitabile sit, cum esse in numero Electorum, in quo ea signa permanerint. Talia signa sunt, frequens, & fructuosa auditio Verbi Divini; juxta illud: Qui ex Deo est, Verba Dei audit. Impensa, & liberalis misericordia erga pauperes, juxta illud: Beatus, qui intelligit super egenum & pauperem. (Psal. 112.) Ardens devotio erga Sanctissimam Dei Matrem, juxta illud (Prov. 8.): Beatus homo, qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie. Concors, & pacificus amor cum proximo, invicta patientia

in adversis, irreconciliable odium adversus peccatum, & denique devota Sacramentorum frequentatio.

2. Propositio. Nos omittis tribus primis, de quibus alias actum est, hodie de quatuor ultimis agemus. Quilibet excutiat conscientiam suam, utrum electæ Christi Oviculæ notas in se inveniat: qui eas inveniet, incepta salutis semita indefessa contentione perat: qui non invenierit, omni studio sibi comparanda laborat. Favere.

§. I. Primum prædestinationis signum est amor proximi.

3. Confirmatio. Prima igitur Oviculæ proprietatis est pacis, ac concordie amor: non est illa bellicosum animal; non mimitatur, non conat, ut taurus; non lanat dentibus, ut lupus; non ferit calcibus, ut equus; non terret voce, ut leo; non rapit unguibus, ut felis; non nocet veneno, ut vipera, sed simplex, pacifica, ac innocens est. Parem in modum prima altera electionis nota est amicitialis pax, & concordia cum proximo, dicente Christo Domino ad Discipulos: In hoc cognoscet omnes, quia Discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem. (Joann. 13.) Notate bene: Non dicit, si dilectionem habueritis erga me, sed ad invicem; quia Dilectio Dei ad salutem neutquam sufficit sine dilectione proximi, quin imo illa sine hæc consistere non potest. O mei Christiani plane non capio, qua ratione multis sibi blandiantur: se amare Deum, cum tamen proximorum odio habeant, in necessitate delitunt, & ne quidem aspectu dignentur. Omnes lineæ, quæ a circumferentia ad centrum ducuntur, prout in obvia quavis rota currum videntur, quanto magis centro appropinquant, tanto arctius se invicem contingunt, & quanto longius a centro recedunt, tanto spatiosius ab invicem sejunguntur; centrum nostrum, ad quod tendimus, Deus est; quo magis ad Deum accedimus, eo magis etiam proximum amplectimur, & quo distantius a proximo separamur, eo etiam longius recedimus a Deo.

4. Rex Saul extremis odiis persequetur Davidem, quem e medio tollere sæpius attentabat: aliquando, cum Saul solus, & inermis in spelunca Engadil vericaretur, aderant furfurones, qui Davidi persuadebant ut ultionis occasionem actus, inermem occideret. Mantuosissimus David (1. Reg. 24.) detestatus est tantum nefas; verum ut manifestum faceret vindictæ sibi voluntatem, non opportunitatem defuisse, et vestimento Regis arum clamidis præcidit. Auditio hoc manfœdudinis exemplo, obtulit Saul, & cum antea Davidem a Regni successione excludere modis omnibus laborabat, tum admirandus exclamare: Nunc scio certissime, quia regnatura es, & habitatura in manu tua Regnum Israel. En mi Christiane, pacifica condonatio injuriarum erat indicium prohomem Regni, & coronæ. Si igitur & te vide-

videre proximo amicitabiliter convivere, in equitate lucere, in inimicitias tollere, inveciatos reprobos ex animo pellere, contumelias dissimulare, mala invicem bona compensare, tunc certum vero & de te edictum, nunc scio certissime quia regnatura es, & æternæ gloriæ coronam addeparus es. Sc.

§. II. Secundum est patientia in adversis.

Altera proprietatis Oviculæ est, quod patientissime afflictiones omnes perferat, si fonderetur, & venditur, si ad lanicnam, & macellum rapitur, non vociferatur ut porcus, non reluctatur, ut taurus; non recalcitrat ut equus, sed protus obmutescens adversa omnia sustinet. Ita alterum hæc prædestinationis signum est, scilicet, & inflexibile tribulationum patientia. Id quod Christus Dominus non solum ore docuit: Beati, qui persecutionem patientur. (Matth. 5.) sed insuper, tranquavit: Nonne opprobrii Christum ipse, & in hoc mundo in gloriam suam? (Luc. 24.) O mi Christiane! plane non est felicitas, omnimoda felicitas nisi si hominem videris obperpetua seclera Divina castigationis virga quidem dignissimum, nihilominus ex omni parte felicem, hinc ut male metues, quia periculum est, ne Deus hunc, quem in hac vita corripere voluit ut benignus Pater, in altera vitæ puniat ut severus Juxta. E contra cum videris hominem justum millenis calamitatibus obnoxium, hæc te beatum patet, ait Chrysolomus. (Orat. 3. de Lazar.) Exemplum hujus rei luculentum habemus in divite Epulone, & paupere Lazaro: ille fortunatissimus in divitiis, & voluptatibus belluabat, & finaliter perit; iste inter canes abjectus, morbis, doleribus, & serum omnium egelate afflictabatur: & gloriosus demum in sua Abrahæ requievit. Imaginare geminum bovem, incrementum unum, quia in picnis patens impingari permittitur, macilentum alterum, quod ad aratum alligatur, quis ex utroque infelicio? sine dubio primus; quia ad macellum destinatur, altero adhuc diti superstitite. Imaginare tibi geminos agros, unum, qui Medicus de usu & potu, quidquid allipuerit, proficue ingerendum concedit; alterum, quem idem Medicus urit, fecat, est, & potu interdicat. Quis ex utroque infelicio, sine dubio primus; quia pro clamantio habetur, dum interit alter ex hoc ipso architecti conata spem reconvalescendi retinet. Imaginare tibi tritum & paleam, illud frugescentis autumnio in agro seminatæ aeris, & tempestuum injuriis exponitur, ista sub recto succa, & illæta feratur. Quis ex utroque infelicio? sine dubio ista; quia dum fructuosum granum frumenti in novam vitam propullulat, palea in finem abijctur. Parem in modum se res habet in nostro proposito: quos Deus in hac vita paterne colligit, illis operum suorum mercedem in alteram vitam reservat, dum interimpit, qui in vitis, in delictis, in divitiis libere bac-

chantes, formantur omnem ad vasa sibi succedentem experiantur, olim cum divite damnato audituri sunt: Recepsit mercedem suam, &c.

§. III. Tertium est horror peccati.

6. Tertia Oviculæ proprietatis est irreconcilialis antipathia adversus lupum, quæ tanta est, ut etiam post mortem duret; quippe chorde, ex intestinis Oviculæ cordis, & eorum instrumento musico chordæ hepatica conjungatur, obmutescit, nec sonum edit, prout testatur Pierius. (op. Barz. ferm. 2. §. 3.) Volo dicere, tertium hæc Prædestinationis indicium est implacabile odium, & horror adversus peccatum, qui in homine Christiano salutis sue studioso tantus esse debet, ut animam unquam peccati exhorretere dicat, & averfat. Quasi in facie carbori fuisse peccatum, ait Spiritus Sanctus per Ecclesiasticum (xv. 17.) Car autem colubis comparat peccatum, cur non leonit, urso, tyridi? Notate bene: hæc bestia facta in primâ juventute circens, & mansuetifera, ita ut impune liceat cum illis conversari, aut jecari: dispartit ratio se habet cum colubro, hic enim etiam paffus, & tener tangentem introxiat. Dicere itaque vult æternæ Veritatis Magister, peccatum etiam leve, modicum, & innoxium videtur, custissime declinandum, & fugiendum esse. Multis exemplum, quæ ratione adversus peccatum hostile odium, & horrorem concipio oportet? percipite, qui S. Bernardinus; (serm. 7. in 1. serm. 44.) & alii enarrant.

7. Pater quidam nomine Cimmericus, tres filios, inter hos autem unum folum legitimum habuit: idcirco testamentum condidit, præcipiens, ut post mortem suam exanimæ corpus, publice palo alligaretur, & qui ex filiis eorum sagitta propinquius tetigisset, in probole sua legitima, & paternam facultatem herede haberetur. Ut justum, factum: cadaver alligatur arbori, adsum filii, arcu, & saculo armati: quis inano dno primi non infelicio jactu sagittas suas in prædiora Patris defixerunt. Ubi vero tertius in arenam constitutus fuit, miramini Auditores! ille exprobrare, expulserit, & quavis adesset pannullus, qui morantem ad elidendum animosè sagittam exhortarentur, membris omnibus conenti, ac tenum mentis deliquio in terram prolabi; ubi se, animamque collegit, arcum cum illo abijcere, & publice protestari cepit, male se bonorum omnium iacturam, quam tantum seclus in Patrem committere. Quid evenit? Judices uniuersum consensu concludunt, hanc esse legitimam, ceteros supposititios filios; utpote cum istæ cor amantissimi parentis ceteris propinquus, non quidem telos, sed affectu tetigisset, O Christiane anima! en Pater tuus in palo Crucis pendit; Eris vita tua quæ pendet ante te. (Dent. 18. 24.) Quoties infernalis inimicus animam tuam gravi tentatione pulsata, idem, ut ita dicam, agit, ac si arcum, & sagittam in manus tibi

traderet ad ferendum antantissimum Cor Rem-
pemptoris tui. Imaginare tibi, Caelites omnes,
& Angelos Spectatores circumflare, ut experi-
mentum capiant, an sis legitimus Dei Filius.
Quid agis? confentis in peccatum, & cor Di-
lectissimi Patris crudeli ictu vulneras? cheu!
genuina proles non es, Filius Belialis, Quodsi
vero ex heresces, expulsetas, contremistas, ar-
cum, & sagittam conculces, mori parator, quam
peccare; tunc enim vero ea indicia prodos, que
te probant legitimum filium, olim ad caelestis
coronae hereditatem admittendum, &c.

§. IV. Quantum est frequens Sacramentorum usus.
Quarta denique Ovicula, proprietates est fi-
mes, & orexis ad appetendum cibum, quem or-
dinarie appropinquante hyeme voracione stoma-
cho, quam aliis temporibus affectat. *Oras, ait
Basilus (hom. 9. in Hexam.), accedente hyeme ve-
lulum capisus, aviditate ventri ingerunt, quos
sibi canticum precantem pro indigentia sibi fi-
lii.* Hac fames ovicula analogia est quarti
Prædestinationis signi, nimirum frequentis usus
Sacramentorum. De Sacramento quidem Recen-
tente intelligi possunt illa Ecclesiastica verba,
quod sit confisus aditens gloriam, & gratiam
(Ecl. 4. 4.). de Sacramento Eucharistia autem
enuntiat ipse Dei Filius: qui manducavit hunc pa-
nem, vivit in æternum. (Joan. 6.). Tantoque
hæc manducatio debet esse devotior, quanto
hyems vitæ, id est hujus mortalitatis terminus
impendet propinquior.

Sacrosancta Eucharistia cibatus est ardens,
quo corda nostra Divini amoris igne inflammantur.
Clypeus est, quo infernalium tentationum jacula
retunduntur. Medicina est, qua concupiscentia,
& inordinatorum passionum vis rempmitur.
Bonamus jam hominem Christianum, qui
narissimus, aut unica vice per totum an-
num ad caeleste hoc convivium accedat: quo-
siqui fieri aliter potest, nisi talem hominem
animo profusus frigidere, tentationibus con-
tinuo succumbere, concupiscentia rebelliones us-
que ad desperationem sentire? profecto, ut cor-
dare loquar quod sentio, tepidum hujusmodi
hominem existimo in manifesto damnationis pe-
riculo versari; quia plurimo vitæ tempore vi-
vit in statu peccati lethalis, id quod plane non
contigit illi, qui saluberrimo sacre Synaxeos
Epitlo frequens convivia accumbit. Desideratis,
ut hanc veritatem figura Scripturilice testimo-
nio consolideret, la mentem mihi veniunt duæ
arbores; prima quidem arbor vitæ, quam Apo-
calypsicæ Vates in media caelestis Jerosolymæ
arba constat vidit. In media platea ejus fructum
vitæ. (Apo. 22.). Altera illa instructio facta,
cui focus viam plantaræ Dei Filius maledixit:
namquam ex te fructus nascatur in sempiternum.
(Mar. 9.). Quæ jam, que causa lubeat, quod
caelestis illa arbor symbolum sit Electorum,
qui a Divinæ maledictionis fulmine erunt a-
ternum immunes, & contra invicta fulmina
figura sit reproborum, qui a Deo Justice infer-
lici æternæ proscriptiois sententia fulminabun-

tur? an forsan ea ratio est, quod illa arbor
fructuosus ruerit, non autem ista? at vero, hæ-
beatur patientia, etiam focus suo tempore fru-
ctuosus dabit; tunc enim, quando Christus præ-
terit, teste S. Marco, non erat tempus fructuum.
Nempe advertite Mysterium: quoties fructifi-
cat focus? unica vel ad summum gemina vice
per annum; ideoque per focus designantur re-
pudi hujusmodi Christiani, qui unica, aut ad
summum bina vice per annum Sacramentorum
fructus faciunt, cum tamen vellet Christus in
eorum animabus saluberrimos Eucharistia fru-
ctus nullo non tempore inveniri. Econtra ar-
bor illa Apocalypica erat secundissima, per
mensis singulos reddens fructum suum; ideoque
per illam denotatur devoti Christiani, præter-
itum & confraternitate sanctissimi Sacramenti
Confiteas, qui duodecies in anno, id est, men-
sibus singulis Eucharistice fructus Deo offer-
unt. An mihi Christiane, quomodo sacra Com-
munionis sæpius frequentat, sit indubitabile Sa-
cramentum vitæ, ait Eruditissimus P. Mathias Faber
(in Aut. Dom. 7. Præ. ca. 2. n. 2.). totum hunc
conceptum in verbis illustrat Simile est autem
deest ligno Vitæ, ut singulis mensibus petri-
borum usum fructus edamur, ut Confessio-
nem, & Communiam mensuram, &c.

ro. Epitlo. Jam vela contraho, & ad coro-
nidem interogo: Quis est ex vobis, Dilectis-
simi, quis est, qui has ovicula proprietates,
has æternæ electionis notas in se reperit? O
si quis est, qui in se inveniat pacisquam amo-
rem proximi, invicem in adversis patientiam,
implacabilem peccati heresorem, & avidissimam
Sacramentorum Orexis, illi ex animo gratulor;
illum beatum pronuntio, rogoque, ut in cæ-
pia salutis semita generose pergat. Eos autem,
qui nullam ex his notis in se sentiunt, per
anime suæ amorem obtestor, ut eadem sibi
procurent, reproborum hædorum partem desere-
re, & in numerum Ovicularum Christi sese
asserere viribus omnibus contendant. Amen.

Feria III. Pentecostes.

CONCEPTUS II.

De legitima successione, ac Vocatione Mini-
strorum Ecclesiæ, quam predicantes Luthere-
anos alioque Sectarios nevitquam habere
demonstratur.

Qui non intrat per ostium, in civile ovium, sed
ascendit altitudo, hic fur est, & latro. Joan. 10.

EXORDIUM.

Sacerdotium potestas ab ipso Christo per continuam
Successionem derivatur. Ministri Catholicis nul-
lam habent Missionem, seu Vocationem.

1. Nter alia Romano-Catholice Ecclesiæ de-
cora est Hierarchica Ministrorum subordi-
natio; & ab ipso Christi Apostolorumque tem-

poribus ad nostram usque ætatem per conti-
nuam Episcoporum Successionem producta po-
testas. Non est in Ecclesiæ vel simplicissimus
Sacerdos, qui traditam sibi sacram potestatem
neciat ab Apostolorum Successoribus, & origi-
naliter ab ipso Christo derivare. Exempli gra-
tia: Ego Sacerdotum indignissimus scio nomi-
nare Episcopum, qui mihi consecrandi, absol-
vendi, prædicandique facultatem contulit, iste
nominabit alium, a quo ipse institutus, ordi-
natusque fuit; secundus tertium, tertius quar-
tum, quartus quintum, & sic deinceps, donec
tandem per interruptam talem potestatis com-
municationem asurgendo, ad Apostolorum ali-
quem, ipsamque finaliter Christum deveniat.
Atque hæc potestatis communicatio, hæc depu-
tatio vocatur *Missionem*, vel *Vocationem*, de qua Apo-
stolus. (Hebr. 5.) *Nec enim quisquam sibi sumpsit
hædorem, sed qui vocatus a Deo tanquam Aaron.*
Quemadmodum totius mundi flumina a mari
originem trahunt; quemadmodum cum primo
causæ annulo ceteri omnes connecluntur; quem-
admodum roratum, ac foliorum viriditas a ra-
dice arboris dependet; ita in Ecclesiæ Dei Sa-
cerdotum omnium potestas per continuam, legi-
timumque communicationem cum ipso summo
Sacerdote habet connexionem, ac dependentiam.
O Sancta Mater Ecclesiæ, gratulor tibi hoc sin-
gulare deus, ac ornamentum; Econtra vos se-
dæ adversantes, vos Lutheri, Calvini, Zwingli
affectu, vobis condoleo, quod hoc successio-
nis, vocationisque ornamentum in Ministris
vestris adeo debeciat, ut illi potestatem suam
ad alius principium, quam ad Magistratum
laicum, aut populi approbationem nequeant re-
ferre. Clamant quidem illi: Nos sumus orbis
reformatores: penes nos est Evangelicæ doctri-
næ puritas; nos sumus legitimi animarum pa-
stores; sed quo argumento probant suam Mis-
sionem? si in Republica politica nemini fas est
assurpare regimem, & functiones publicæ po-
tæstatis, nisi sit legitima auctoritate firmatus,
quanto minus fas erit invadere functiones Ec-
clesiasticas, uti est prædicare Verbum Divinum,
administrare Sacramenta, sacrificare, & que
sunt similia, nisi quis legitima auctoritate ad
hæc munia sit deputatus, vocatus, consecra-
tus? &c.

2. *Proposito.* Hanc litem igitur hodie dirime-
ret æterna Veritas, que in hodierno Evan-
gelio disertis verbis affirmat: qui non intrat per
ostium in ovile ovium, sed ascendit altitudo, hic
fur est, & latro. (Joan. 10.) Videamus ergo,
an non Sacerdotes Catholici, tanquam legitimi
Pastores, per otium introierint. Videamus,
an non Præconibus A Catholicis furis, ac latro-
nis suspicio conveniat. Erit hæc præteces haud
exile stabilimentum nostræ Fidei, & argumen-
tum contrariæ falsitatis. Favete.

Christus mittit Apostolos in ovium terram.

3. *Confirmatio.* Totius disceptationis lapi-
dem fundamntalem non possum meliorem po-

tere, quam finale illud præceptum, quod Chris-
tus Dominus, paulo post ex hoc mundo ad
Patrem transiurus, Apostolis dedit: *Ita in mun-
dam universam, prædicate Evangelium omni crea-
tura.* (Mar. 16. Matth. 28.) Ubi tria specialiter
notanda veniunt, personæ quibus, doctrina
quam, & populus cui prædicari præcepit. Personæ
quibus prædicari præcepit, erant Apo-
stoli, uti indubitatum est: Doctrina quam præ-
dicari præcepit, erat Lex Evangelica, tum il-
la, quam a Christo ipso emanædocti, tum ea,
quam post Pentecostalem Spiritus Sancti adven-
tum superna inspiratione erant edocendi: Pop-
ulus denique cui prædicari præcepit, erat
mundus universus. Porro quod Apostoli huic
præcepto Dominico accurate morem gesserint,
testis est S. Evangelista Marcus, inveniens (c. 16.):
Ubi autem presertim prædicaverunt ubique. Atque
ne forte subrepat prædicationis, & officiorum
confusio, prius inter se mundationes, ac re-
gna partiti, huic illam, alteri aliam Provinciam
assignarunt: Jacobum cognomine Justum, in Ju-
das relicturum, eumque primam Jerosolymorum
Episcopum constituerunt, Mathiam solum
Meridionalibus plagis Apostolum assignarunt,
dein, amica invicem facta valedictione, que-
libet in eam regionem, cuius fors sibi conven-
erat, abierunt. Philippus, & Judas Thadæus
versus septentrionem, alii versus occidentem
iter instituerunt: Petrus, Apostolorum Princeps primò in Pontum,
Galatiam, Cappadociam, Byrhiniam, deinde
Antiochiam, denique in Italiam devenit. Jo-
hannes in Asiam, Simeon in Africam, & Egyp-
tum, Andreas in Scythiam, & Achaiam, Mar-
thæus in Ethiopiam, & Parthiam, Bartholomæus
in Indiam, & Armeniam, Jacobus Major in
Hispaniam, Thomas in Persiam perrexit,
qui & ultimus denique in Germaniam ve-
nit, quamquam pro ea temporum ferocitate in-
cultæ solitudinis, quam regione similiorum.

Hoc præceptum Domini non tantum tangit Apo-
stolos, sed etiam eorum Successores.

4. Porro hæc ipsa Christi Domini præceptio
non solum ad Apostolorum personas erat restric-
ta, sed etiam ad eorum cooperatores sese esten-
debat; hinc poterant illi pro regionum, ac
laboris diversitate sibi associare Adjuutores, prout
Fidei tum propagandæ, tum conservandæ ne-
cessitas exigebat. Nullus erat ex Apostolis, qui
non cooperatores sibi assumptis, quos deinde sin-
gularibus Ecclesiis pastores præbuerunt; ipsi
autem ulterius protecti, Evangelicam lucem
in alias, atque alias regiones circum tulerunt.
Ita scimus de S. Petro, quod post conversam
urbem Alexandriam Marcum Evangelitam ibi
Episcopum reliquerit, Antiochenis solum ad
Fidem conversis Evodium Pastorem dederit,
iple vero pro Vocationis suæ munere Romam
contendit. Similiter & Sanctus Paulus Athenis
Dionysium, in insula Creta Titum, Ephe-
si Timotheum, Gaza Philonem, Laodicee Lu-

navigationi tempus esse puto, quam his sacris feris, ubi Divini Spiritus gratia afflatu suo navigulam promovet. Favete.

3. *Conferentia.* Qui Arcam Noemitanam considerat, facile deprehendit, non humanum, sed Divinum illud opus esse, Noemo coelitus dictatum. *Eae tibi Arcam: trecentorum cubitorum erit longitudo, quinquaginta latitudo: fenestram erit ea facies: triginta facies in ea, &c. Dicitur, factum.* Noc fabricari coepit, quamvis teste Basilio Seleucitico, (*in Gen.*) hominibus fabula, & anfa cavillandi fuerit. Dicebant enim natululi complures, quid agit fatuus quingentorum antorum fenecio? mente emotus est: quia sereno calo meruit pluvias, &c. Verum perrexit in opere Noemus, bene gnarus, venturum esse tempus, quo vicissim miseris, in fluctibus luctantes, derideret, & sublaanare possit. Jam ad opus,

Religiosus vana omnia despiciens, ad aeterna ambulat.

4. Et primo quidem materia Arcae erat ex Cedro: ita enim in sacro textu, quo alii legunt: *Fac tibi Arcam ex lignis levigatis*; Chaldaeus legit, *ex lignis cedrinis*. Lignum hoc incorruptibile, & neque verbibus, neque puerdini obnoxium est. Ita desideria sancta Religioae animae aeterna, & caelestia sunt. Quid desiderat mundus? superbus affectat honores, avarus opes, luxuriosus voluptates: O quam vane, quam inepte! Paulo postvenit dies, quo de honoribus omnibus, de opibus omnibus, de voluptatibus omnibus nec hilus supererit: testis est Andronicus, qui post unam, aut alterum annum a rebellibus subditis regno, & vita spoliatus: testis Vitellius, qui publice a carnifice decapitatus: testis Joannes XXIII. qui Pontificatu depositus: testis Bellisarius, qui Africa, & Sicilia victoriosus domitor oculis privatus, & in mendicabulorum sortem redactus fuit. Testis denique Salomon, qui, degullatis omnibus, quae mundus offert, amarulento peccatore exclamavit: *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas!* Et quod maximum est, ex omnibus mundi pompis in morte nil remanet, nisi afflictiissima conscientia, & metus iudicii. His consideratis; exclamant Religioae anima: Itane res aditur? hic finis est mundanae gloriae? ergo ebit a me omne vanum: non est mortale, quod opto: ex cedro fabricandum est: affectanda sunt illa bona, quae incorruptibilia sunt, & ibi degenda mens, ubi est gloria sine ignominia, divitiae sine paupertate, gaudium sine taedio, sanitas sine morbo, juventus sine senectute, & vita sine morte.

Inordinatus appetitus mortificat.

5. Secundo: distincta erant in Arca manibiles, in quarum infima conclusa erant animalium trecenta species. Quid? an non belligerabant invicem? an non leo vaccaem, lupus agnum devorabat? Nihil minus: erant ciura

ta, & sub imperio Noemi. Per animalia intelligit Hugo Victorinus animales appetitus, qui semper contra rationem rebellant. Quam ferociter saevit in mundo leo superbia, carnis invidia, tigris iracundia? An ergo ibi appetitus inordinati non aequo inveniuntur in claustris Religiois? Inveniuntur quidem; quia homo, quantumlibet sanctus, immundus non est ab incuria passionum, uti sanctus Paulus, & alii: Sed curati sunt, in infima mansuetulata, sub dominio rationis sunt. Superbia reprimuntur humilitate; ira Abbas Pamenius ambitionem vicit simulando se fatuum. Iracundia subjugatur a mansuetudine; ira sanctus Franciscus Salesius tanta cum violentia domuit iracundiae motus, ut post mortem illius in vasculo bilis trecenti lapilli sint reperti. En mei Christiani: hunc in morem verificatur illud: (*Matth. 12.*) *Regnum caelorum vim patitur, & violenti capiunt illud.* Quinam autem sunt illi violenti, qui tibi ipsis vim inferunt domando passionem? Audi Climacum: (*cap. 8. parva scripti. sect. puncta 108.*) *Monachus, inquit, est perpetua naturae violentia &c.*

Sensu exteriori cupiscit.

6. Tertio: expresse requisivit Deus in adificatione Arcae: *bitumine linere*, ne per juncturas tabularum transeat aqua marinis. Quid intelligitur? intelligitur custodia sensuum, quae anima Religioa, quidquid vanum, mundanum, & inane est, penitus ex suo corde excludit. Sensus nostri sunt portae, per quas fures, & latrones tentationum irrepunt, nisi sedulo claudantur: heu quanta pericula! quis non coadoleat infortunato Isobeth Filio Saul? (*2. Reg. 4.*) a latronibus Rechab, & Baana occisus est in domo sua: unde hoc infortunum? ostria a dormivit, & portam non clausit. Ita fit, ait S. Gregorius, quando prudentia, quae virgatum omnium custos est, obdormiscit, & portae sensuum non claudit, infernalis latro intrat in animum, & vanitates, consolatiunculas, complacentias saculi secum insert, quae licet peccatum nondum sint, peccato tamen viam ferunt. Exhortor ergo dicere, quod de sancta Theresia legitur: (*Bart. serm. p. 5. 10. n. 48.*) *Innocentissima haec Sponsa Christi visit in inferno igneam sedem sibi preparatam. Quare? propter quandam familiaritatem cum laiculis: ubi enim ab hac familiaritate monita non cessasset, a Deo derelicta, sensum sine sensu peccata, & tandem in interitum ruisset.*

Dei iracundiam placat.

7. Quarto: observo preceptum Domini Noemodatum: *Fenestram in Arca facies*. Per fenestram intelligit Lyranus (*in cap. 6. Gen.*) orationem, per quam gratia lucem ingreditur. Datur inter Deum, & hominem commercium plane aureum mediante oratione: sicut calumrosuum in concilio infundit ad generandam margaritam: ita Deus gratias suas per orationem, & re-

& rerum caelestium contemplationem in animas innocentes liberaliter effundit. Si ergo querat evanidus quidam mundi trosculus: Quid profuit Moniales in mundo? Respondeo idem, quod Ecclesiasticus de Noemo: *Noe inventus est perfectus, & iustus, & in tempore iracundiae factus est reconciliatus.* (*Ecc. 44.*) In sua oratione humanum genus ab interitu liberavit. O quoties innocens anima, in angulo sui monasterii prans, iracundiam Dei placat, quam tu, mi homo mundane, peccatis tuis provocas! Quid est mundus sine claustris Religiois? eilet confusa Babylon, destructa Jericho, eversa Jerusalem, combusta Sodoma, & merum spectaculum Divinae vindictae. Mundus plenus est sceleribus & sceleratis hominibus, qui demoni serviunt; ideo erecta sunt Monasteria, ut saltem alicubi sint homines, qui Deo serviunt. O quam affectuosa solita est Sancta Magdalena de Pazzi osculari muros sui Monasterii! Quisita rationem, repositi, osculo hos muros, quia ab impio mundo me separant, & sejungunt.

In solitudine habitare gaudet.

8. Quinto: Ingresso Noe, & filiis in Arcam. *Ingressi cum Dominus desoris.* Nunc avis incavea sedea: Chryostomus (*hom. 25. in Gen.*) ait: *In Arca illius, quasi in carcere, includit. Bone Deas! quomodo inter ventos, pluvias, lamenta, & clamores hic habitare potuit absque fastidio, & pullanimitate?* Respondet idem Orator auctus: *Desoris non allunde, quam ex superna gratia.* Per arcam hanc custodiam intelligo sacram Professionem. Antea datur egressus, postea Deus claudit desoris. Quare jam aliquis, an innocentibus animabus tot annorum custodia molesta non sit? Respondeo: Non est: cur non? *Non allunde, quam ex superna gratia:* Verum hac violentia est natura. Elio: ergo tanto major est virtus gratiae. Quia immo inter suas clausuras, & claustra gaudiosa vivunt, quam mundani in suis deliciis. Quis unquam in mundanis clamavit: satis est? nullus: plura, ac plura sibiunt: Sed in spiritualibus S. Xaverius, S. Philippus Nerius, & Catharina Senensis rogaverunt Deum, ut interius animi deliciis moliam, ac limitem poneret, interrogate hanc Norikam, utrum dulcius sint cali, quam terra gaudia? dicit cum Ruperto (*serm. de Spiritu Sancto.*) *Sola terra hujus melius sibi potest, quod totus mundus non potest.*

Se totum Deo consecrat.

9. Sexto denique, perfecto Arcae edificio, sonuit in auribus Noemi preceptum Dei: *Ingerere in Arcam tu, & domus tua; & te enim vult sustinere tecum in generatione hac.* O felix Novicia! quid ad hanc vocem? Noeue hac vox est, quae dudum in auribus, ac animo illius personavit? ita est: ita est, hac Dei Vocantis vox est, quae illam ex Aegypto in ter-

ram promissam, & mari in portum, & coeno in caelum, & mundo in sacrum ordinem perduxit. Age igitur, felix anima! ingrederi in arcam: hac enim desideria sunt ventus Spiritus sancti; atque ut tanto felicior nova hujus Arcae navigatio procedat, ego illi finaliter velum, mapam Geographicam, & acum nauticam submittro. De velo quidem sciendum est, quod navigia in Oceano per insignia veli discernantur: ubi cernitur aquila, dicitur navis esse Romani Imperatoris; ubi rutilat Leo, Reipublicae Venetae; ubi coruscant lilia, Regis Galliarum: in mystico igitur nostri navigii velo imaginem affigo Crucifixi Redemptoris, ut intelligat mundus, hanc navigationem & mundo in claustrum non alterius, quam Christi Domini amore fuisse susceptam: huc constanter oculos, huc animum defigit, &c. Loco mapae Geographicae in manus illi trado Regulam sancti Patriarchae Benedicti, ad hujus normam vitae totius cursum, omnes actiones, & animi affectus dirigere oportet, &c. Loco acum nauticae commendo illi ferream orationem, & sancta caelestis patris desideria: quemadmodum lingula magnetica polarem stellulam continuo respiciet: ita piam, ac Religiosam animam ad caelestem gloriam indefinenter collinare oportet, ubi illi pro lis, quae amore Dei in mundo reliquit, felicissimum illud *cessusum* fuit appropinsum. O beata cynosura! &c.

O beata cynosura. Quid jam amplius superest? Nihil aliud, nisi, ut qui fecit sumus Noemum edificatum, sequamur & sacrificentem; quemprimum enim celeretur aqua, erexit altare, & holocausta obtulit Deo. Agedum, Nobilis Novicia, accedat ad hoc altare, ibi sacrificet nomen, stemma, & divitias per voluntariam paupertatem, sacrificet voluntatem propriam per perfectam obedientiam, sacrificet cor integrum per integerrimam castitatem, &c. *Oblatusque est Dominus odorem suavitatis.* Ita spero, Dominus Deus complacentiam habeat ex hac oblatione ad gloriam suam, & vestrum animarum salutem. Amen.

DOMINA SS. TRINITATIS.

CONCEPTUS I.

Ostenditur, quae ratione imago Divinitatis, hoc est, humana anima, in tribus personis per peccatum fecerat, per Tres Divinas Personas reparari possit.

Faciemus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. Genes. 1.

EXORDIUM.

Anima humana a prima sua creativa pulcritudine recessit.

1. Si peccata quaedam imago, ad artis prodigium elaborata, venio, sumo, pal-

veri, acrilque injurijs exponatur, mirum non est, quod brevi tempore equalitate, sitaque ob-
 sordetate: habuit vetus Roma innumerales
 status, & imagines orbis estimatione celebres;
 at ubi modo sunt pretiosa clypea Servii Tu-
 llii, Titi Livii, Decae Palladis, Jovis, Memmo-
 nis, Octavii Augusti? ubi illud artificium Regio-
 rogenis, quod a Rege Demetrio integro Regno
 aequilibratum est? perire factore? bellis, tem-
 porumque injurijs, & quod dolendum maxime
 est, perierunt & artifices, prater quos hac ar-
 tis prodigia reparari a nemine possunt. Crea-
 torum rerum omnium Deus ante quinquaginta se-
 ptem facula produxerat pretiosissimam imaginem:
 officina erat Paradisus, materies erat limus,
 Prototypum erat Divina Trinitas, imago deni-
 que erat humana anima: *Faciamus hominem ad
 imaginem, & similitudinem nostram.* (Gen. 1.)
 In quo consistit hac similitudo anima cum
 Deo? Primo, sicut Deus aternus, ita & anima
 immortalis est; principium habuit in crea-
 tione, finem non habebit in tota aternitate.
 Secundo, sicut Deus Unus, & Trinus est, ita
 anima una in essentia, & trina in poten-
 tijs, &c. Verum hac nobilis Imago sumo su-
 perbia, & pulvere avaritia, luto luxuria, sor-
 didibus peccatorum ita defecata est, ut vix
 pristinam venustatis vestigia supersint. Quid fa-
 ctu opus est?

Rogatur SS. Trinitas, ut animam reparet.

2. *Proposito.* Agite, Christiana pectora! hodie
 Tribus Personis Divinissime Trinitatis sup-
 plices sumus, ut hanc imaginem reparent: quam
 initio fecerunt, facile reficere possunt. Nos-
 trarum vero partium erit remedia hujus re-
 parationis latenter acceptare; quia ad emunda-
 tionem animae nostrae plus non exigitur, quam
 ferium velle. Tu, o Sacrosancta Trinitas, aspira
 votis, & dum emundandam tibi animam offer-
 rimus, dic nobis, quod olim Christus leproso:
Toto mundare. (Marc. 1.)

3. *Diviso.* Consans est sanctorum Patrum
 assertio, hominem per peccatum originale (idem
 & de actuali intelligi potest) spoliatum esse
 supernaturalibus, & in naturalibus fauciatum:
 quantum sunt hac supernaturalia? sunt gratia-
 rum dona; hac per peccatum extinguuntur.
 Quanam sunt illa naturalia? sunt tres poten-
 tiae, seu facultates animae: cum ergo sancti Pa-
 tres asserant, hominem per peccatum fuisse fau-
 ciatum in naturalibus, sequitur fuisse fauciatum
 in naturalibus, confusuramque in tribus animae poten-
 tijs, videlicet intellectu, memoria, & volun-
 tate. Nunc ad rem.

§. I. Intellectus depravatus est per ignorantiam.

4. *Confirmatio.* Primo reformandus est intel-
 lectus: hac est nobilis illa animae facultas, per
 quam homo cum venit cum Angelis, disconven-
 tatem comp. brutis: hac est, quae immensa splen-

telligendi capacitate scientias omnes, & rerum
 quae creaturarum proprietates; ac ipsas naturae
 arcana perforatur; & praecipue vero datus est
 homini intellectus teste Augustino, (*de Trinitate
 do. 10.*) ut summam bonum intelligat, & ex
 bonitate creaturarum bonitatem Creatoris, mo-
 tibus, castitiae reverentis, aeternae castitiae, pro-
 fere disceret. O quanta haec est hominis mo-
 dicitas, quod facultatem possidet, qua nunc
 quidem in aeternitate, (1. Cor. 13.) sed iam autem
 de facie ad faciem Deum videre, intelligere, &
 intelligendo ponere potest! Venero O Deus, &
 nuntiis dum paulo antea ab Angelis. (Psalm. 8.)

Homo per peccatum sit similis brutis.

5. Verum, O luculosam scenam! in Chri-
 stiana pectora, hac nobilissima facultas per peccati
 deformitatem adeo obcurata, & confpurata,
 hebetata est, ut deplorat sanctus David: *Ho-
 mo, cum in honore esset, non intellexit, com-
 paravit se sicuti insipientibus, & similis factus
 est illis.* (Psalm. 58.) In quo autem comparatus
 est homo jumentis? Eheu! in eo, quod
 spernere videatur ea bona, quorum capax est,
 tanquam omnino spiritualia, & malis imitatio-
 ne brutorum adhuc sensibilibus, quod He-
 quentius cernitur, quam quod homines, vani-
 tatis facili, vitaeque libertatis addicti, non
 intellectui, sed sensui obnoctant, & tempo-
 ralia aeternis praefertant, alios invidios instar
 canum, alios voraces instar crocodilorum, &c.
 Immo, quod plus est, sunt homines, qui dete-
 rius agunt, quam bruta, quia inter bruta unum
 hujus, aliud alteri vitio obnoxium est: hominem
 hoc habet, quod artus, nec ursoris agit ad mo-
 dum leonis; at homo sepe omnium vitia in se
 complectitur: *Vitus insularis factus est miles,
 leo in abscondito.* (Thren. 3.) O spectaculum
 miseratione dignum! quid dicat ad hoc spec-
 ticulum sancti Angeli, cum viderint creatura-
 rum rationale, sibi olim adeo similem, in
 bruta degenerasse? quid dicat infideles, hae-
 tici, pagani, ac gentes, cum viderint, etiam
 inter fideles reperiri, qui ambulat, *Tenebris
 abscaratum habentes intellectum, alienati a vita
 Dei per ignorantiam, quae est in illis propter
 cecitatem cordis ipsorum.* (Ephes. 4.) &c. Quid
 igitur agendum?

Rogatur Divinus Pater, ut reformet intellectum.

6. O Divine Pater, Auctor Veritatis, & Pa-
 ter luminis, tibi supplices adgenitulum, &
 rogantes, ut intellectum tenebris, ignorantia,
 imprudentia obcuratum illumines, aeternis
 veritatibus ambuas, & ad primevum splen-

dorem reducas. Tu per Psalmistam promissisti:
 (Psalm. 8.) *Intellectum tibi dabo, & infirmum
 in via hac, quae gradus est, per quae verba teste
 Bellarmino in Psal. 8. promissisti prudentiam in-
 teriorem, promissisti auxilio gratiae tuae salutarum,
 ut non crederis in via marum, &c.* Tuarum ve-
 ro partium erit, Ohomo, ut supernum lumen
 primo intellectu recipias, illique principia a-
 terna Veritatis altum imprimens, caelestia praer-
 terrens, mansura praer perituris asfirmare dicas:
 atque in hoc consistit reformatio intellectus.

§. II. Memoria depravata est per oblivionem.

7. Secundo loco reformanda venit memoria:
 hac est illa insignis animae potentia, quae teste
 Tullio, est viva representatio praeteritorum.
 Hac est, quae amplissima capacitate res gestas,
 dictas, lectasque complectitur: ita Joannes quidam
 Palaeus sacras litteras verbatim recitare
 novit, ita, ut, si perissent, ille solus reparare
 posset. Praecipue autem Dominus Deus do-
 navit hominem memoria, ut beneficiorum Di-
 vinorum recordaretur: non est enim potentior
 Rimulus gratitudinis, quam beneficiorum reco-
 ratio: Josephus Aegyptiacus, ad nefas sollicita-
 tione, impossibile judicavit peccare in Dominum;
 quia beneficiorum, ab eo acceptorum, recorda-
 batur: *Quomodo possum hoc malum facere?*
 (Genes. 30.)

8. Verum, O tristem iterum aspectum! heu
 quemodo depravata, ac hebetata est memoria per
 oblivionem! impudens populus iste, nimium
 Israelitae, aberunt retrorsum, in peccata pro-
 ruerunt; non servaverunt testamentum Domini:
 quare? ratio statim adjungitur: quia *oblitus
 sum beneficiorum ejus, & mirabulum ejus.*
 (Psalm. 77.) Adeo, siquis exprobraret Israeliti-
 tis suam ingratitude, & peccatorum enormi-
 tatem post tot accepta Divinitus beneficia,
 non possent illi pro excusatione obtendere aliud,
 nisi illud: *Oblitus sumus.* O Christiana anima!
 noli indignari huic populo, tum idemmet hoc
 vitium est, oblitio Divinorum beneficiorum:
 si quaram, cur ambrosio desideras coronari ro-
 tis, cum tamen Dei Filius coronatus sit spinis?
 quid respondebis aliud, quam illud, *oblitus
 sum?* si quaram, cur immoderata habendi avaritiae
 opes accumulatis, cum tamen Dei Filius
 turpissime venditus sit triginta argenteis? quid
 respondebis aliud, quam illud: *Oblitus sum?*
 si quaram, cur voluptatibus spurcis, obscenis
 inhiis, cum tamen Dei Filius innumerabilibus
 flagellis hoc peccatum luerit? quid respondebis
 aliud, quam illud: *Oblitus sum?* si quaram,
 cur delicatis cupidis, ac ingluvie ventrem
 exturatas, cum tamen Dei Filius felle, & aceto
 potatus fuerit? quid respondebis aliud,
 quam illud: *Oblitus sum?* &c. Fieri enim non
 potest, ut vanitates saeculi anhelares, si Re-
 demptoris tui dolores recordareris. Quid igitur
 agendum?

Rogatur Divinus Filius, ut reformet memoriam.

9. O Secunda Deitatis Persona, Divine Fi-
 li! te supplices imploramus, ut memoriam bene-
 ficiorum tuorum, oblivione depravatam, res-
 taures: imprime cordibus nostris flagitiosos
 characteres tuae amarilimae Passionis, ob no-
 stra peccata exantata: utque peccata fugere
 discamus, hanc semper Passionem nobis incul-
 ca, hanc occine, *Frequenta canticum, ut me-
 moria sit tui:* (Ista. 23.) Tu vero, O homo,
 continuo memoriam relica eorum: quae ad
 abolenda peccata passus est Dei Filius: cum
 prava peccandi occasio te allicit, imaginare
 tibi, ac si loquerentis ad te audias crucifixum:
*Recordare pauperatis, & transgressionis tuae,
 absque tibi, & solis, &c.* (Thren. 3.) Atque
 hac est reformatio memoriae.

§. III. Voluntas depravata est per tepiditatem.

10. Tertio denique reformanda est voluntas:
 hac est, proprie illa potentia, quae meriti,
 aut peccati sedes est, hac est, quae hominem
 aut laudabilem, aut reprehensibilem facit.
 Olim Romani (Pierius l. 42.) suos milites, ad
 bella emittentes tribuebant illis scuta levigata,
 cum in sinem, ut generosa sua facinora, in
 bellis edita, huic scuto insculpere possint; ideo
 teste Rabbano (2. 2. de universis, c. 17.) scuta
 dictum, quasi sculpsimus, quod in ipsis antiquis
 scuta signabant. Ejusmodi scutum levigatum in
 sua creatione erat voluntas libera: hac per vi-
 tae hujus militiam generosis factis, meritisque
 impenda est, ut suo tempore a Deo aeterno
 premio coronari mereatur. Audi Bernardum:
 (serm. 84. in Cant.) *Solum homini inter anima-
 tia datum est posse peccare, datum autem non
 ut probe peccaret, sed ut inde gloriam appa-
 reret, si non peccaret; cum peccare possit, &c.*

11. Verum quid iterum video? heu quan-
 tum depravata est voluntas per tepiditatem,
 & nequitiam! deberet quidem voluntas va-
 nitates, ac pompas saeculi aspernari, ac in abie-
 ctione animi humilem Christum sequi; sed cheu
 passim ad terrenae gloria ambitionem, & tran-
 sitorii honoris splendorem magna cum conten-
 tione anhelatur. Deberet quidem voluntas pe-
 nitentia mundi bona generoso contemptu fastidire;
 sed cheu! in cumulandis opibus omnes la-
 bor collocatur; & si fieri id bonis artibus ne-
 queat, malis efficitur. Deberet quidem volun-
 tatis concupiscentias frenare, & appetitum ra-
 tionis subjicere; sed cheu! nemo erubescit car-
 nis blandimenta, & voluptates, etiam spurcas
 sectari. Deberet quidem voluntas Dei, & pro-
 ximi caritate ardere; sed cheu! friget caritas,
 & passim in humanis cordibus malitia, & in-
 vidia dominatur, &c. *Omnes declinaverunt,
 simul in vias facti sunt, non est qui faciat bonum,
 non est usque ad unum.* (Psal. 14.) Quod
 igitur malo remedium?

Rogatur Spiritus S. ut reformet voluntatem.

12. Tibi, O Divine Spiritus supplicamus; tu in voluntate nostra extinctum caritatis ignem restituta: Tu Divinus ignis missus es in terram, ut accendatur; aitem S. Gregorius: *Igitur in terram mittitur, dum per ardorem Spiritus sancti afflata terrena mens a carnalibus desideriis crematur: ut igne hoc, Sancte Spiritus, rotes nostras, & cor nostrum. Tuum vero est, O homo, ut sancto huic incendio fomitem minilites, & per sancti amoris scintillas, accedideris caelestia prae terrenis amare assuecas, &c.*

13. Epilogus. Finis hanc mysticam reformationem Imaginis Dei, & animam ita reformatam Sanctissimae Triadi in oblationem offero. O Divine Pater, suscipe intellectum aeternis veritatibus instructum. O Divine Fili, suscipe memoriam prae recordatione caelestium beneficiorum, praefertim Redemptionis nostrae, insignitam. O Divine Spiritus, suscipe voluntatem Divini amoris igne inflammatam. Largire, O tota Sanctissima Trias, ut anima, ad imaginem tuam condita, & ad honorem suam reformatam principii, cunctis venustis squaloribus emundetur, (Ecl. in benedicti. Fontis baptismalis.) Amen.

Domnica SS. Trinitatis.

CONCEPTUS II.

De enormi injuria, quam peccatum specialiter irrogat mysterio Sanctissimae Trinitatis.

Exites, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, docentes eos servare omnia, quaecumque mandavi vobis. Matth. 28.

EXORDIUM.

Sicut nemo soli nocere cupit, nisi insanus; ita insanio est offendere Triunum Deum.

1. **S**i quis hominum eo dementia progredi possit, ut lucidissimum solem, amabilem illum mundi oculum, obscurare, aut extinguere viribus omnibus conareretur, sane intolerabilis audacia facinus committeret, cui nulla alia excusatio accedere posset, nisi vel caecus esset homo ille, vel insanus; caecus quidem, ita, ut non emerit venustissimum dei lumen: insanus autem, ita, ut non agnosceret beneficia, quae beneficium suum quotidie per orbem universum liberaliter dispensat. Quod sol est globo terraeque, idipsum cum inhaerito excessu est animabus nostris mysterium SS. Trinitatis: hoc mysterium, utpote principium principale omnium credendorum, est fundamentum Fidei nostrae: hoc mysterium, utpote finis noster ultimus, est scopus spei nostrae: hoc mysterium, utpote bonorum omnium inexhausta abyssus, est

centrum amoris nostri. Hoc mysterio illustratur intellectus superis veritatibus, imbutur memoria recordatione Divinorum beneficiorum, inflammatur voluntas desiderio rerum caelestium. Per ipsum, cum ipso, & in ipso sumus, & possidemus, quidquid sumus, & possidemus. Quis jam par sit explicare illius honoris proceritas, qui hostili, & plus quam giganteo ausu Triunam hanc Numinis Majestatem injuriis lacessere praesumeret? certe iste impudentiam committeret infaustis majorem, quam ille, qui solum lumen et caelo proscriptum veller: & fidei homo iste & Christianorum numero esset, nullam posset facinorosi tuo obtendere excusationem quam alter. Non posset obtendere caecitatem; quia sanctissimum hoc mysterium agnoscit lumine fidei, quod longe evidentiis est, quam omnium Philosophorum conclusiones: Non posset obtendere ignorantiam; quia Dei Triuni beneficentiam, liberalitatemque, & creaturam luculentè edocetur. Hoc tamen, quantum quantum alter, facinus committitur ab homine peccatore. Christiani Auditores, exhorrescite: peccatore, quantum est in se, violentas manus injicit mysterio SS. Trinitatis: conaturque destruere Potentiam Patris, Sapientiam Filii, & Bonitatem Spiritus sancti. Dubitatis de hac veritate?

Hanc tamen insaniam committit peccator.

2. **Proposito.** Ego in promptu sto, ut eandem doceam: Non est here potentius motivum incutiendi horrorem peccati, quam hoc ipsum videlicet, quod peccator contra Triunam Dei Majestatem rebellem cervicem erigat, tantoque major est haec impudentia in homine Christiano, qui sub ipso SS. Trinitatis nomine in Sacramento Baptismi Dei honori homagium praefertit. *Baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, docentes eos servare omnia, quaecumque mandavi vobis.* Favete.

Patri tribuitur potentia, Filio Sapientia, & Spiritui sancto Bonitas.

3. **Divise.** Sciendum est ante omnia, quod, quamvis omnes perfectiones Divinae cuius Personae Divinae sint absque discrimine communes, sicut ipsa Essentia, supra quam fundatur, & omnibus communis est, nihilominus Ecclesia certa quadam appropriatione Patri adscribit potentiam, tanquam primo principio; Filio sapientiam, veluti illi, qui per intellectum est; & Spiritui sancto Bonitatem, tanquam illi, qui per amorem productus est. Secundum hanc divisionem progrediamur, periculisque, quae ratione peccatum in Patre oppugnet potentiam, in Filio Sapientiam, & in Spiritu sancto Bonitatem.

§. I. Peccator in patre effudit Potentiam.

4. **Confirmatio.** Patri igitur aeterno attribuitur Potentia, contra quam advertite, obsecro, qua temeritate injuriam peccatum. Notate, quod, tam late diffusam, tanquam universalem esse Dei potentiam, ut sine illa nihil usquam in mundo fieri queat: Non potest homo vel unum movere digitum, non halitum trahere, non festucam de terra levare, quin Deus ad hunc motum, ad hanc halitum, ad hanc levationem concurrat. *Sine me nihil potestis facere,* ait Divina Veritas, (Joan. 15.) in qua verba S. Augustinus (ibid.) annotans, inquit: *Non ait; sine me parum potestis facere, sed nihil;* nihil, ne minuanem quidem actionem. Atque hanc immodicam concursus Divini doctrinam universim tenet omnis sana Philosophia cum sancto Thoma, (Joan. 5.) qui eandem ex eo textu: *Pater meus usque modo operatur,* (S. Thom. 1. p. q. 49. a. 2. Et 1. 2. q. 79. a. 2.) alique Scriptura testimoniis, & ex multiplici ratione eruit. Quando igitur peccator malum aliquid committere decernit, Deus liberatè maligna voluntatis non impedit, sed eam permittit, peccatorque dat esse, posse, & operari: exempli gratia: *Vindicta cupidas vulnerat inimicum, & ecce Deus, quamvis ad malitiam vindictae nullatenus determinet, immo vehementer eam abominetur, tamen, ut hominem libertatis possessione non privet, illas operationes, quibus vindicta exercetur, etiam ipse, a peccante determinatus, adjuvat.* Atque hic concursus non a Deo volente, sed quasi ab invito provenit, cum ipse per Prophetam gravissimo conqueratur contra peccatorem: *Servite me fecisti in peccatis tuis, praebuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis.* (Isa. 43.) quasi diceret: Miserissime peccator, cum tu mihi servire deberes, me cogis, ut serviam tibi, & quidem in re maxime odiosa, quae excogitari posset, hoc est, in iniquitatibus tuis: quid mihi posset esse intolerabilius, quam quod Deo contra Deum utaris, & non tantum creaturis, sed ipso etiam Creatore abutaris?

5. **Dieter de Harmelbo,** mundissimo animalculo, quod si luto, forditissime in modum circuli includatur, nec effugii locum inveniat, usque adeo avertetur conspiciatur, ut potius se ipsum juvetur, & occidat; considerate jam Auditores, si innocens animal intellectu, ac vere praeditum esset, quantopere fuisset conquestivum contra petulantiam eorum hominum, qui se cogissent, ad violentiam sibimet ipsi inferendam? considerate hoc, inquam, Xii ex familiaritatis umbra pendente, quantum Divino Patri doleat, sum a peccatore cogitur, ut illi serviat ad peccata sibi adeo injuriola, & propria magna contra suammet Majestatem operetur. Nonne iure meritissimo congeri potest: O infelix peccator! ego tibi obtuli meum consensum ad opera sancta, ad laudem Dei, & tu me cogisti, ut linguam tuam debuim cooperari ad blasphemias, ad juramenta, ad perjuria? Ego tibi

obtuli meum consensum ad misericordiam, & caritatis opera: & tu me cogisti, ut manibus tuis cooperari debuim ad furta, & rapinas: Ego tibi obtuli meum consensum ad stabilendam tuam salutem: & tu me cogisti, ut tibi cooperari debuim ad sceleratas cogitationes, verba, & opera, quibus damnationem tuam promerui. Tu Deo ipso contra Deum abusus es; & si mea sanctitas capax foret aliquid mali, eam, quantum est in te tua iniquitas participem reddidisset; *Servite me fecisti in peccatis tuis.* &c. &c. (Lobbes. l. 1. de peccat. propof. 18.)

§. II. Peccator in Filio offendit Sapientiam.

6. Haec de injuria, quam peccator potentiae Patris irrogat: sed nec minor est, qua Filii Sapientiam afficit. Haec Sapientia ex perfectionis suae infinitudine necessario omnia conspicit, & comprehendit; ita, ut nihil, quod ullibi in orbem sit, sit oculis eius occultum: frustra sunt nebulae, frustra abstrusis anguli, & laeetiae. Deus totus oculis est; videt omnia: totus auris est; audit omnia: penetrat caelos, circuit terram, scrutatur abyssos, Majestate sua complet universum. Veritatur in medio te, circa te, supra te, infra te; ideo ait quasi ironice Augustinus; (Epist. ad Fortunat.) *Mi peccator, & si peccare vis, quare, ubi te non videt, & tu, quod vis, perpendite jam, quanta sit impudentia, quibus despectus, quo peccator audeat peccare sub oculis Dei, eosque obsequio tam abominando gravissimam indignationem provocare, ut praecurrerent oculos Majestatis eius.* (Ista 3.) Quanta esset, & quam enormis malitia, si fur auderet furari sub confecta sui Judicis? quanta foret impudentia, si uxor praesumeret adulterari sub confecta conjugis? ceptis nisi hac scelerata mereretur ex seipso, mereretur ex modo, quo committitur. Fingamus maleficum, cui suis oculis in unum cumulum consenserunt equitici, ferulae, fustes gladii, vincula, rotae, omniaque penalis instrumenta, quibus mortem est appetiturus, quantum horrorem in animo miseri hominis excitabit crudele obsequium? Nihilominus infelix iste homo, si loqui ita fas est, adhuc felicior est quodammodo, quam Deus! quia potest oculos claudere, & vultum avertere ab horribili aspectu; verum hoc non potest Deus: necessario intrare dicit peccatorum ambobinationes: *Passisti iniquitates meas in conspectu tuo.* (Psalm. 38.) ideo hic intus in animo Divini Filii tantum, ut ita dicam, naufragum excitat, ut optare posse videtur, sibi non tantam esse scientiam, qua peccata, suo honorati adeo repugnantia, alpicere cogatur, hinc in sententiam fere dicit per Prophetam ad populum suum: *Anseris malum certantentum servatum ab oculis meis.* (Isa. 1.) Quasi peteret, cum ille oculis suis ab illis avertere non posset, ipsi ab oculis suis peccata auferant, abduerentque a committendis; ego tibi unicuique modus, ut ab illo videri non possint.

7. Verum longe major adhuc est peccatoris

impudentia, qua Divini Filii sapientiam inhonorat: quare, quae, ac qualis? nempe ea, qua hanc sapientiam in Deo omnino extinctam, sublatamque cupit. Rem horrendam pronuntio, nihilominus verissimam. Elic, mi peccator, nonne peccando optasti, ut Deus peccatum tuum non agnoscat? nonne hunc in finem excocti effugias, & excoctationes? nonne desiderasti, ut oculi Dei non essent perspicaces oculis hominum, qui per latebras, & tenebras decipi possunt? de hoc non est dubium; ita enim sperabas, peccatum fore impune. Heu quanta autem est, quam detestabilis perveritas in Deo tollere velle omnia scientiam? & consequenter velle, Deum non esse Deum; non enim esset Deus, si non esset omnia scientus. O quis mihi subministrat verba, quibus hanc offensam Divinae enormitatem satis explicem? loquatur mei in vicem S. Bernardus, (serm. 3. de Rosari.) hanc in rem adferens: *Isus, quantum in ipsa est, Deum perimit (peccatoris) voluntas propria; vellet enim Deum peccata sua nescire, &c. &c.*

§. III. Peccator in Spiritu Sancto offendit Bonitatem.

8. Denique etiam Spiritus sancti Bonitas a peccatoribus gravissime iniuriatur, ideo pleno Spiritu fervore monet, clamatque Apostolus: (Ephes. 4.) *Nescite contristare Spiritum sanctum, Imaginamini vobis Dei Bonitatem instar amabilissimae Matris, quae suis nos viscibus fovet, veluti filius in Matris utero continetur: Talem seipsum ostendit per Isaiam: Audite me, qui portamini ab utero matris: (Isa. 48.) quasi diceret, quemadmodum Mater gravida utero suo infanti est omnia; est locus pro habitatione; est lectus pro quiete; est vehiculum ad movendum; est cibus ad sustentandum; est vita ad respirandum: Eodem modo Divina beneficentia est homini omne bonum, a qua omnia Divina attributa in utilitatem nostram adhibentur. Potentia sua nos conservat, Providentia gubernat, Dulcedine sua nos demulcet, Misericordia veniam impertit, Munificencia remunerat, denique immensitate sua, infinitate, & aeternitate, totaque essentia sua nos beatificat. (S. Paulus Segneri Homo Christi, 2. p. Diss. 4.) Jam igitur perpendite gravem injuriam, qua hac Divina Bonitas a peccatoribus afficitur, qui non solum eodem tempore, quo tanta ab ipsa recipiunt bona, nullam Matris sui rationem habent, sed etiam inaudita crudelitate sinum ejus dilacerant: Non sine causa tales vocavit Christus *Gravimina Viperarum*; sicut enim Vipera viscera Matris dilacerant, ita illi suam pro gratis acceptis Matrem vulnerant.*

9. Quod adhuc pejus est, non tantum offenditur a peccatore Dei Bonitas, sed vel ideo offenditur, quia tam bona est, & ideo plus offenditur, quia infante bona est. Heu! quis unquam vidit tantum portentum ingratitude, & impudentiae, qua res minus amatur, quia magis amabilis est? hac tamen tua est, o peccator,

impudentia: Deum offendis, quia bonus est! Edic enim, nonne, si prima vice, qua scelera tua domum illam ingressus es, crus fregisses, nonne inquam, altera vice non fuisses ingressus? Nonne si prima vice, qua in blasphemias erupisti, lingua sedum intumulisset, altera vice non fuisses ausus verbum contra Deum proferre? Nonne si prima vice, qua aliena a te creasti, manus obriguisset, altera vice non fuisses ausus iniquo lucro inhare? verissima sunt haec omnia. Jam autem cur iteratis lapsibus praesumis ad nefas provolare? ideo, quia Deus Bonus est, & poenitentiam tuam longanimitate benignitate expectat: ita Ecclesiastes: (cap. 8.) *Quia non profertur cito contra malos sententia, absque timore ulla filii hominum perpetrans mala. O presumptionem temerariam! O perveritatem deplorandam! &c. &c.*

10. Epilogus. Considerate igitur, Dilectissimi Auditores! quam enormis injuria per peccatum irrogetur Sanctissimo Trinitatis mysterio: perpendite, qua injuria afficiatur potentia Patris, cujus concursus peccator ad suas concupiscentias sibi servare cogit: perpendite, qua injuria afficiatur Spiritus sancti Bonitas, cujus praesumptuosa confidentia peccator tanto libere proruit ad nefas. Quamobrem, si posthac mundus, caro, diabolus, & haec SS. Trinitati inimica trinitas, ad iniquitatem vos intelligat, vos huc inimicorum ternario Honorem SS. Trinitatis opponite: Mementote quod in baptismo huic SS. Trinitatis Honori Sacramentum dixeritis. Mementote, quod ibi renunciaveritis diabolo, & pompis ejus. Mementote, quod in SS. Nomine nos salvari oporteat, nempe in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

Dominica SS. Trinitatis.

CONCEPTUS III.

De obligatione, qua homini Christiano incumbit ex Sacramento Baptismi.

Evangelii, docere omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Matth. 28.

EXORDIUM.

Sicut miles ex signo militari dignoscatur, ita Christiani ex baptismo.

1. Terrenorum Principum milites, ac famulii ex vestimentis, aut militari signo ita discernuntur, ut primo statim aspectu pateat, hic Imperator, iste Regi Gallo, ille Hispano famulatur. Præterea postquam in famulitium aut militiam adsciti sunt, ea fidelitatis lege obstringuntur

guntur ut cum proprio commodi factura, immo cum vita, & sanguinis dispendio Domini sui jura, ac honorem tueri teneantur. Dilectissimi, meminitis. Vos in sacro Baptismatis Sacramento in Christi milites inaugurati estis: ibi Dei Filius stolam quadros, ac innocentiae vobis contulit, ibi animæ vestrae indelebilem characterem impreavit, quo Christiani a non Christianis, Baptizati a non Baptizatis per omnem aeternitatem discernentur. *Sanctum Baptisma præbet vestri signum honorabile, crucem in fronte, scilicet ab infidelis distinguit,* ait S. Joannes Damascenus. (de orthod. Fide. l. 1. c. 26.) An putatis Baptismi gratiam modicum esse gratitudinis materiam? plane erratis: per hoc enim prorsus in debita Dei miseratione, & damonis, ac peccati jugo eruti, Divini Spiritus charismatis ornati, & in sortem Filiorum Dei adlecti estis, ita, ut dicere uniusquodque vestrum possit: Filius Dei sum magis proprie, quam homo terreni Patris filius, frater tum Jesu Christi, tum templum, & thronus Spiritus sancti, sum heres paradisi; meum est celorum regnum, & meum in aeternum, nisi voluntarie per peccatum illi renuntiem. Videte, monet dilectus Christi Discipulus, (1. Joan. 3.) *Videte qualem caritatem dedit nobis Pater, ut Filii Dei nominemur & simus, &c.* Hæc quidem omnia, ni fallor, satis agnovistis: Verum alium hæc ex Parte deprehendo errorem, qui me sollicitum tenet. Quem illum? Nempe quid est Baptismi dignitatem, aliud obligationem agnosce? Dicant Platonem quotidie Deo grates retulisse, quod Grecus, non Barbarus natus fuisset, atque ex hoc ipso modestiam, ac gravitatem Græco dignam spirasset: & vos quid? Vos quidem adoptionem Filiorum Dei, & jus adquisitionem ad caelestem Patriam vobis gratulamini; de cetero autem param curæ habetis, quod gratitudinis pensum, quas obligationes hæc ipsa Baptismi gratia, & adoptio post se trahat. Quaritis fortasse, quinam sint hi gratitudinis tituli, quænam obligationes?

Baptismus autem magnam post se trahit obligationem. Et quidem duplicem.

1. *Proposita.* Agite, qualem hodierna die Evangelium de sacro Regenerationis Sacramento mentionem facit, Christo præcipiente suis Apostolis: (Matth. 28.) *Evangelii, docere omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti:* Ecclesia etiam celebrat festum Sanctissimæ Trinitatis, cuius nomine in Christianos inaugurati sumus, discutiamus obligationes in sacramentali lavacro nobis impositas, discutiamusque Christianorum non tantum nomen, sed & vitam gerere. Autè omnia autem te imploramus, o Sanctissima Trinitas, ut gratiam nobis conferas Baptismale pactum, quod hoste renovare cogitamus, inconcussa firmitate decernere servandi, atque peccatum omnem sanctissimæ foederi contrarium constanter evitandi. Favete.

3. *Dei.* Populus Hebræus, e captivitate

Babylonica dimissus, ut primum Jerusalem rediit, mox ad reparanda monia templumque, quod bellicus hostium suorum destruxit, animum adiecit. Huic operi invadebant futuri populi, præsertim Assyrii, sumptuosæ armis, iteratis aggressionibus Hebræos ab edificatione impedire conabantur; operosus erat labor, ita, ut, teste Scriptura, (2. Esdra 4. 217.) *una manus sua faciebant opus, & altera tenebant gladius, &c.* Eadem hæc duplex obligatio hominibus Christianis ex Sacramento Baptismi imponitur: una manu edificare, altera pugnare debet; edificare quidem ita, ut in erigenda Christiana perfectionis structura quotidie virtutes virtutibus adiciat: pugnare autem, ita, ut diabolicis insultibus, & peccatorum allicitis indefessagenerositate resistat. Perpendamus singillatim utramque hæc obligationem.

§. I. Primo: ut Christianus in virtutibus crescat.

1. *Confirmatio.* Primo tenetur Christianus miles edificari, id est, primæviam, quam in Baptismo recepit, innocentiam continuo virtutum augmento excolere. Gemma immortalitatis est Christianus; igitur continuo ad splendorem perpoliri: Thronus Spiritus Sancti est Christianus; igitur pretioso virtutum ornatu deaurari. Templum Dei est Christianus, igitur ornari, ac perfectè iterato debet, &c. Hæc dum confidero, plane vix tempore mihi a gemitibus: qui de causa? quia inter Christianos e mille millenis vix unum invenio, qui non, prætexta posita, simul etiam baptismalem innocentiam eximat. Olim ex Ægyptiaci servitutis exibat, atque verus promissam terram itinerabat ultra sexies centena Israelitarum millia: transibant feliciter per apertas rubri maris fauces, & quot putatis hominum illuc pergit? heu! quis non exhorrescat? e sexies centenorum millium numero non ultra duo videlicet Josue & Chaleb. Jam percipite expositionem Theodoret: (apud Sponan. p. 142.) *Mus imitaturur leonem, nimirum lavacrum sanctissimi Baptismatis Sacramenti: Israel vero significabat eos, qui baptizantur.* Quid vero duo illi, nempe Josue & Chaleb? ah! per duos illos indicatur exitus eorum numerus, qui primam Baptismi innocentiam in caelestis patrie regionem invehunt. Quæ autem causa est tam universalis defectus? Causæ sunt complures, inter quas hæc infima est, quod paucissimi sunt, qui obligationes, in sacro Regenerationis laticè susceptas, pensant habent. Quid provent esse baptismum, vita autem, & moribus convenire cum non baptizatis, & gentilibus? nam hos ipsa peccandi licentia superavit?

2. O aeternum probrum Christianorum! adfuit omnes gentiles, ut illis tantam indignitatem improperat: quis non indoleat? cultus, & honor, quo Verum Deum veneramus, minor est eo, quo illi laxa, ligna, ac truncos coluerunt: quamvis fuerint scilicet Dei, non tamen scilicet fuit affectus; quo eorum cultores eos

adoraverunt: fuerunt, ut loquitur Augustinus, (1. 1. de Civ. Dei c. 23.) *Deorum licet fallorum non fallaces cultores, sed veracissimi etiam iuratores.* Illi in gratiam Bacchi ebrii, Martis iuriosi, Jovis adulteri, Mercurii mendacis, Vulcani claudi, Sarurni inhumani, vitam egerunt magis modestam, quam Christiani. Illi majorem reverentiam adhiberant immolationi unius hirci, aut bovis, quam Christiani assistant sacrificio, quo Verus Dei Filius immolatur. Inter illos non erat, qui proximitatem rituum, ac ceremoniarum incaret: silentium adeo observabat rigidum, ut omne verbum putaretur sacrilegium: attentio adhibebatur tanta, ut fuerit, qui facie manum permitteret amburi, ne illa turbaretur. Quid dicam de supersticiosa Religione, qua loca, ac personas sacras venerantur? precepit olim senatus editio publico, everti fana lituis, & Osiridis, & ecce nec unus, etiam minis, & verberibus compelli poterat, ut manum admoveat. E Vestalibus virginibus nulla in publicam prodit, quin illi filices consules praeferantur, nulla apud Magistratum supplicat gratiam, cujus repulsum tulit, &c. Taceo plura, solumque exclamatione, O utinam Christiani tenuissent suae legis Zelatores, quam gentiles suae superstitionis observatores! Numquam illi audierant, quod eorum Dii considerant mundos, ordinant elementa, curaverint morbos, resuscitant mortuos, placarint tempestates, parantur miracula; sed solum vana persuasione credentes, quod essent Dii, obsequiis difficillimis eos coluerunt. Quid non fecissent, si tot vaticiniis fuissent illuminati, tot scripturis edocti, tot miraculis convicti, ut nos? si tam profuderunt pro Diis ligneis, quid non fecissent pro Deo, qui pro eorum salute descendisset de caelo, nati elegisset in stabulo, educari in officina, mori in cruce? &c. Repeto igitur, mei Christiani, repeto: quid prodest Baptismus cum vita gentili, aut adhuc deteriori? ignorete, respondeo cordate nihil prodest, nisi ad gravioerem damnationem: ita expresse Damascus Papa (ad Galat. Discipulum S. Hieron.) inquit: *heu quot hominum sacra sunt renati Baptismo, quibus foret melius non fuisse!* Doleo, quod hanc veritatem credere nolitis; nam id ipsum doluit sanctus Pontifex, adiciens: *Quod si tamen hoc praedicemus non audimus.*

S. II. Secundo: ut contra diabolum constanter dimitet.

Secundo tenetur Christianus miles gladium manū tenere, id est, indecenter pugnare contra adversarium, cui in sacro Baptismo repulsiū dedit. Recordare, mi Christiane! quod tibi ter quaesivi, an diabolo, & ejusque superbia renunties, ter etiam responderis, abrenuntio: quid tibi igitur cum pompis diaboli, quid tibi cum illecebris mundi, quid tibi cum voluptatibus carnis, quibus renuntiasti? an non quilibet honestus Vir ingenti contumelia tibi da-

ceret, si vestis elegantissima, quam recens induerat, luto, & limo tibi conspurcetur? & tu pateris vestem candidam, quam Deo gratia tibi contulit, infernali peccatorum fuligine denigrari? audi aliquid minarum intendet Deus per Prophetam: (Isaiah. 1.) *Is die hostie Domini, inquit, visitabo super omnes, qui induit sunt vestes peregrinae.* De qua veste loquitur? &c. Respondet S. Hieronymus: (apud Sponz. part. 134.) Vestem cuiusque propriam esse, quam quisque recepit in Baptismo: de hac veste vestimentum visitationem intulit Deus in iudicio, exprobrans homini peccatori. Non est hac veste vestis propria, quam tibi in Baptismo circumdedit: dedit tibi candidam; tu aspersis nigricantem; dedit tibi mundam; tu aspers mille miculis conspurcaram. Hoc in tenorem Muria Diaconus exprobravit Elpidophoro suum inconstantiam, proat refert Victor Uticensis. (1. 3. de peccat. Vocand.) Fuit Elpidophorus salutaris aquae lavacro ablutus, postmodum turpis delictor tu a fide defecit, cui Muria obviam factus, ostentique veste, quam in Baptismo acceperat, ita allocutus est: Hac sunt lineamenta, Elpidophore Misitler erroris, quae te accubant, dum Majestas venerit iudicantis, quae contudit diligentia mea ad testimonium tuae perditionis. Huc te immaculatum cinxerat de fonte surgentem; hac te acris persecutorum, cum stammantem gehennam coepisset possidere; quia indulti maledictionem licet vestimentum. Quid facies, miser, cum servi Patrifamilias tuae congregatebant in vitatos, dicteque tibi Rex: quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem? non video vestem, quam tibi dedit, perdidisti militae chlamydem, quam aqua mandavit, & purpura mei Sanguinis decoravi. Characterem non video Trinitatis; ligate ergo cum pedibus, & manibus, qui se separavit a fratribus Catholicis, in traebas projicite, &c. O mei Christiani! pendite bene gravissimum huic rationem Dominus Deo dandam, non sitis est ad salutem esse baptizatum; sed requiritur vita baptismo conformis: &c.

7. Notissimum est e sacris Paginis, qua ratione Bellidas Josue urbem Jericho destruxerat: circumvitit urbem septenis vicibus cum universo populo inter tubarum, lituarumque clangores, & ecce septima vice muri, ac propugnacula illico corruerunt, quo facto Josue urbem incendit, delevit, minaque mirabiles addidit, inquit: *Maledictus Vir coram Domino, qui sustulerit, & destruxerit civitatem Jericho.* (Josue 6.) Haec in sensu litterali; in sensu autem morali inquit Abulenſis, (apud Barz. serm. 41. n. 6. & 7.) urbi Jericho significat civitatem diaboli: Incola hujus urbis sunt scelera, muri tunc cupiditates terrena, quae tamquam propugnacula, & excubiae amoris Divini aditum praedant. Jam quis ignorat, quam dum molissimum labore confiterit Divino Josue, id est, Jila Christo, donec evertit hanc diaboli civitatem? quam potenter eam oppugnavit armis suae do-

ctina, ac miraculorum? quantos dolores, ac tormenta sustulit in amarissima Passione, ut extirparentur peccata? hunc in finem, velut aliter Josue, circumdedit arcem, misit speculatores, ac sacerdos cum tubis: Arca est Sanctissima Dei Genitrix Maria cum integerrimis vitae exemplis, speculatores sunt Apostoli, ac Sancti, filientissimi virtutum curatores cum Verbo Dei. Quid autem destructi? quod satis apparuit in vita, ac moribus primorum Christianorum, inter quos nil inventebatur aliud, nisi meri sanctitas, & innocentia. *Maledictus igitur Rex, qui sustulerit Jericho.* Et quis est tandem ille? aude solutionem; ad doctrinam Eucherii: (ap. Barz. loc. cit.) *Cum quis ad agenda sceleris, qua et Dominus Jesus in die Baptismatis solaverat, redit, quodque ipse auferentem dixerat diabolum pompat, immo ipse vivendo reperit, ruitus Jericho respicitur.* &c. En mei Christiani, quam abominabile sit coram Deo hominem Christianum scelerate vivere, & quae peccata, ac pompae diaboli ressumere, quas ipse in Baptismo solaverat: oportet igitur inviolabili fidelitate servare ea, cum Domino Deo tibi promissum sunt: oportet ita vivere, ut ex ipsa vitae sanctitate baptizatus a gentili, & non baptizatus aperte discriminari queat. Audite pro corone, & quantam constantia Baptismi gratiam vultis oportet.

8. Imperante Diocletiano, celeberrimus historio Roma debebat, Genesius nomine, quantum gratiosus in diversis spectaculis representandis, tantum impius in illudendis in scena publica Christianorum ritibus: proinde Diocletiano gratissimus erat. Quadam vice comediam instruxit, qua sese moribundum sixerat, locis mille facetias eructantibus, quibus mysteria Christianorum morientibus adhiberi solita, Cesare, ac populo summo opere applaudente, amulabantur, & deridebant. Interim Genesius (mirantini Auditores potentiam Divinae gratiae, quae etiam lapides in filios Israel momento transformare valet) interim, inquam, Genesius, nescio, quid Divini repente hauserit, re seculari, in ferream versa exclamavit; O Vesani, quid fallitis, & fallimini? ego Christianus sum, Christianus mori cupio: elatitque in caelum oculis, vultuque ad devotionem composito, Divinum implorabat auxilium. Querebant Comici, qui iocum hac omnia arbitrabantur, quid ergo peteret? Baptismus, ingenabat ille, Baptismus; Nec mora: nimis illi evocant duos, unum sacerdotem, alterum Exorcistam munere ex conducto singentem: his iuculariter, Genesio serio agente, ac Jesu Christi gratiam, remissionemque peccatorum implorante baptizatur. His ita percipit, comparant apparitiones, qui novum hunc Christianum comprehenderent, & iudici fiterent. Simulant illi tandem; sed nihil simulat Genesius, qui postea quidem omni furo, audi ageta, Caesar (Caesar praefens aderat) audiat

stantis populi corona, haec tunc execrandis erroribus involutus, Christianum nomen desepi; nunc suscepto Baptismo, veritatem agnoscere incipio, Deo, Anselique mihi clare ostendentibus per sacrum hoc lavacrum peccata omnia, haec tunc a me commissa, delenda esse. Perat Jupiter, perat Venus, Laudetur, & adoretur verus Dei Filius Jesus, &c. Diocletianus, rem non jam ridicule, sed ex animo geri crepens, primo indignari, dein pillosidiam praecipere, demum tormentis, & equales expediti jubet. Tunditur, exeditur, lanxatur, lacertur Genesius, nec tamen cedit: Baptismi gratiam pra totius mundi thesauris, immo pra vita ipsa asinat, & gloria Martyrii corona donatur, &c.

10. Epilogus. Sic, si propugnanda est Baptismi gratia; sic, si tentatori resistendum: mi Christiane, vitam tu tam generose agere, ut malis fortunis, etiam tu omnia, quam fidelitatem Domino Deo in Baptismo juratum perdere: hunc in finem animos tibi suggerit orator aureus (S. Chrysostomus, ad S. Martyr. Tom. 3.) exhortans: *Ecce videri scriptura dicitur, atque in vestis tua cinxerit, conspiciam passum, conditionem attende, nihil tamen vestis, passum, quod respondit conditionem, quam accepisti, nihil tamen, cui nomen deditis.* Habes tantumdem almi? habeo inquit. Ergo, age, renova passum: die, an renuntias Sathana? Abrenuntio: & pompa illius? Abrenuntio: & operibus ejus? Abrenuntio: &c. &c. &c.

Dominica infra octavam Corporis Christi.
C O N C E P T U S I.

Assignantur causa, ob quas sanctissimum Communionis Sacramentum sepe nullus Virtutum, ac gratiarum fructus in anima producat.

Homo quidam fecit canam moxnam, & vocavit multos. Luc. 14.

EXORDIUM.

Sicut agentia naturalia agunt secundum dispositionem; ita etiam agentia supernaturalia.

1. Quamvis agentia naturalia, uti sunt fydera, elementa, aliaque, ex natura sua secunda, proportionata, ac satis activa sint ad producendos sibi convenientes effectus; nihilominus ab hac sua naturaliter activitate ab obstantibus contrariis, aut indispotione passu possunt impedi: exempli causa lux lucet, & illuminat, non tamen cubiculum valvis obstratum: ignis urit, & accendit, non tamen lignum udum, & aquosum: imber fecundat, non tamen terram faxosam, & sabulosam: cibus confortat, non tamen stomachum, moribus humo-buribus refertum, &c. Eadem prolix ratio est de agentibus supernaturalibus, praesertim de sacrosancto Eucharistiae Sacramento: ex le quidem miram habet efficaciam, & activitatem in animabus fidelium producendi admirandos virtutum effectus: sed aliud est Sacramentum, aliud vir-

vinus Sacramento? ait Augustinus: (cap. 36. in Joann.) quis nescit, Eucharistiam solum esse, qui millenas animas profus simplices, & illiteratas caelestia scientia illuminavit? quis nescit, Eucharistiam ignem esse, qui millena corda Divino caritatis igne accendit? quis nescit, Eucharistiam imbrem esse gratiarum, qui millenas animas caelestium charitatum, virtutumque rore fecundavit? quis nescit, Eucharistiam cibum esse fortium, qui millenas animas ad generosos labores, pugnaeque mirum in modum confortavit? &c. quae ergo causa fuisse, quod tam nobiles effectus non tempus, & undecunque aequaliter producat? quae causa, quod multi post Communionem sentiant eandem tepiditatem, eandem difficultatem in vincendis tentationibus, &c. unde fit, quod inter communicantes multi infirmi, & imbecilles, & dormiant multi? (1. Cor. 11.)

2. *Propositi.* Adeo animis, Auditores! hodie hujus rei causas dobo, nimirum offendam, defectum non ex parte Eucharistici Pabuli, sed ex parte suscipientis inveniri: nam discrete docet sanctus Bonaventura: (apud Labr. V. Communio §. 7. n. 8.) sicut agentia naturalia agent secundum diversitatem dispositionis in passio, ita etiam effectus Sacramentorum sicut est secundum dispositionem, & preparationem suscipientium. Favete. *Tria sunt, quae impediunt fructum Eucharistiae.*

3. *Divisio.* Tria sunt, quae Angelicis mensura convivia sollicito observare debet, ut caelestem Hospitem condigne in animum recipiat: primum est diligens preparatio ante Communionem; alterum actualis devotio in ipsa Communione; tertium humilis gratiarum actio post Communionem. Horum si unum non observetur, infirmum non est, si nobilissimo effectu Sacramento obex, & impedimentum ponatur. Percurramus singula.

§. I. Defectus preparationis.

4. *Confirmatio.* Primo quidem virtuti hujus Sacramenti obicem ponit defectus preparationis ante Communionem: olim, cum Dominus Deus Israelitis ceremonias praescripsit in comestione agni Paschalis, discrete inter alia praecipit: *Nam comedetis ex eo crurum quid, sed asinum tantum igni.* (Exod. 12. v. 9.) Mirabilis profecto, & supervacanea videtur haec praecipitio, cui enim hominum ita palatum, et stomachus obstruitur, ut carnes crudas appetat? fuerit quidem barbari, qui mutua mactatione (seplos trucidarunt, & devorant: verum de Israelitis, gente culta, & quidem in ceremonia adeo sancta ad minime timendum erat, &c. Subintrat hic Abulenensis, (q. 18. in 26. Math.) & dubium hoc tropologicis exponit: *Dicitur, quod non sumatur Agnus crudas; crurum enim cibum non ducunt, que nullam circa illum dispositionem, aut preparationem praescribit, & sic crurum cibum sumit, qui corpus Domini ab aliis cibis non differunt; sed e ad cibum illum accedit, sicut ad communem. Eundem in sensum loquitur Cornelius a Lapide: (in Exod. 12.) Crurum Agnum comedunt in Eucharistia, qui non considerant, excommunicationem*

si Sacramento. Quemadmodum igitur carnes cruda stomachum onerant, concoctioni non servant, febres, morboque causant; ita cibis Eucharisticis, sine pravā preparatione comestus, animam non ornat, sed onerat. Hanc ob causam in primitiva Ecclesia volebant Sacerdotes monere populum, illisque, qui ad sacrum Communionem accessuri erant, alta voce inculcare: *Accedite cum fide, tremore, ac dilectione.* &c. O utinam etiamnum hic mos vigeret, ut retardarentur paullisper illi, qui statim effra tribu-nali ad sacrum Communionem convolant, nulla interjecta preparationis mora: quid agitis, miser! an crudas carnes Agni Divini devorare vultis? ubi fidei, ubi spei, ubi caritatis, ubi humilitatis exercitio, quisquis comedere salubriter cogitat Agnum Eucharisticum, comedat *asum igni*, id est, asatam igne caritatis, & dilectionis. *Prepara te, o Israel, in occursum Domini Dei tui.* (Amos 4.)

§. II. Defectus devotiois.

5. Alterum, quod virtutem hujus Sacramenti impedit, est defectus devotiois in ipsa Communione: haec devotio consistere debet in ardenti desiderio Deo placendi, & in collectione tam internarum, quam externarum potentiarum ad obsequium Divini Hospitis. Edico, obsecro, o homo, quid ageres, quare te sanctus Bernardino Senensis, (serm. 56. a. 2. c. 1.) si in domum tuam adveniret terrorem Principum, nonnullus, a quo omnis tua dependet felicitas? qui te, tuamque omnem familiam innumeris beneficiis & ditavit haecenus, & porro ditare potest? qui Judex tuus erit, & te ob admissa crimina vel ad mortem condemnare, vel abolere potest? &c. nonne summa cum humilitate eum excepturus, & te, tuaque omnia ad ejus obsequia oblaturus fore? procul dubio. Quidnam igitur idem facis, cum supremis cali terraque Princeps in animam tuam adventat? Eja age! coordinande sunt potentiae tam internae, quam externae in obsequium tanti Domini: Memoria occupata sit in recordatione Divinorum beneficiorum. Intellectus occupatus sit in consideratione, ac estimatione tanti Sacramenti: Voluntas occupata sit in ardentissimo caritatis exercitio: praeerea aures, manus, totaque externa corporis compositio cum modicam sinit, quae digna est tanti Domini famulari. Haec erant industria, & reverentia Sacramentorum: o si vidissemus, quanta illi tum corporis, tum animi compositio ad sacratissimum Synaxim accesserint, nunc sine dubio longe alios spiritus de altissimo Mytherio conciperemus: fuerit, qui toto vultu orabant, igne caritatis in partes etiam exteriores exuperante; talis erat sanctus Stanislaus Koska. Fuit, qui integro dilectionis incendio ita ardebat, ut necesse fuerit, pectus etiam ad extra humescensque linteis religari; talis erat Sancta Catharina Senensis, fuit, qui Angelica prolix modesta orationi, quorquoque spectantes ad-

aderant, oculos ad uberes siccus provocabant; talis erat sancta Hedvigis. Fuit, qui inter communicandum in uberrimas lacrimas effusus non solum oculos, & genas, sed ipsum adeo pavimentum siccibus pertergebat; talis erat sanctus Cassius Episcopus Narvensis, &c. quid modo? Eheu! quam longe alia modo seculi aperiit, videlicet laxitas, & tepiditas! ita ut fas sit exclamare cum Chryostomo: *O tenebrae! o profundum abyssi! o sensus cessantem! o conscientiam! o presumptionem!* nonne videmus permultos ad mensam Angelicam accumbere cum compunctionibus immoderatis, cum oculis vagabundis, cum gestu immodesto, cum uno poplite, & eaque cum immolestia, ut adeo indecenter non auderent audire ad mensam alicujus nobilitis? quare? S. Thomas, utrum infantem admitti possint ad sacrum Communionem, qui usum rationis necdum attingerunt? & respondet negative: ratione addita, quia discernere nequeunt inter cibum spirituales, & corporales; *Non discernunt Corpus Domini.* (1. Cor. 11.) Haec cum ita sint, O quantum etiam adultorum numerus ab Eucharistico Convivio repellendus foret, qui externa morum compositione nullum prolix indicium faciunt, quod inter cibum spirituales, & naturales discernant!

6. *§. III. Defectus gratiarum actionis.* Tercius denique obex virtutis Sacramentalis est defectus gratiarum actionis post Communionem; sunt enim aliqui adeo inurbani, ac rusticii, ut, Christo vix ingresso in coram deo, illi & templo egrediantur, & se Divinum animae suae inquitium nec alioquo degenentur. Heu! quanto Christiano tantam inurbanitatem committenti! Est enim illi hora post Communionem hora Divinae audientiae, hora gratiarum, hora beneficiorum, hora exauditionis, & impetrationis: In nuptiis Canis Galilaeae, cum Dei Filius rogaretur, ut in gratiam conviviarum vinum prodigiose produceret, respondit: *Nonnumquam hora mea.* (Joan. 1.) at in sacra Communione est expectata hora illa, qua a Dei Filio emendicare potes, quidquid haecenus tibi nequidquam sollicitudinis; pauper es? ager es? tentatus es? in persecutionibus vivis? age, ut ante occasionem, post sacrum Communionem aliquidam orationi immorare, propone Dei Filio necessitates tuas, die: *Non dimittis te, nisi benedixerit tibi;* (Gen. 28.) & certe in afflictionibus tuis remedium experieris. Ideo dicere solebat devotissimus Balthasar Alvarez: *apud Labr. V. Communio §. 7.)* Extremam esse sollicitudinem tam pretiosum negligere tempus, illud scilicet, quo Filium Dei intra nos ipsos possidemus, siquidem tum opportunissima faver commoditas, ut nostrae subingentur supplice, cum gratiae signaturam in nobis habeamus, ipsaque Eucharistia gratiae sit instrumentum. Neque obicias, urgere domi negotia, festinandum esse, abeundum esse, convincet enim te sanctus Chryostomus, (hom. de Bapt. Chri. 27.) si amicus tuus ad convivium te invitat,

non audeas illi tantam exhibere inurbanitatem; ut inconvencitio tempore sine gratiarum actione te e consortio proprias, & quam antea non audeas invogare injuriam. Deo audeas, quatenus pi ex Auxiliata pietate, num negocia, quatenus que illa sine, servitio Dei Eucharistia proponere debeat: Maria Maximiliana, illi conposuit Divinis Epulis accubitur, duos integros dies ante gratiarum actionem attribuit, ut nihil negotiorum aliud admitteret. Ea devotiois constantiam alias sepe, tum eo maxime tempore, emittit cum Maximilianus vagus, qui dissoluta persona, sacrum Jacobi tumulum veneraturus in ultimos Galliae fines peregrinatus est, in Germaniam revertens, Maurus Carpentanorum substitit, seque sacro Gallicis Legatus indicavit. Ille sine mora ad Maximilianum itans, cum adest, Maximilianum, & Matrem veneratium percipere. Quidam haec Augustissima itans Ego, inquit, perinde cum videbo: quae enim Deo Eucharistico gratiam debeo, nec est, cum in Maximilianum sentiam interampam. Christiana pectora, quid ad haec? an trivialis Mater faceret, quae secl. haec Augustissima? illa integro bilio mente adeo collecta post Communionem perreperat, nec devotionem abruptum in gratiam Filii serventium, dilectionis, diu non vix, mille trinecum periculis defangit? &c. & vix piget unice quadante Deo Eucharistico esse in servitio? quid mirum, si vestra communio nes nullum servoris, emendationis, virtutis fructum post se trahant!

7. *Epilogus.* Finito, & pro coronide verba illa sacra: *Hymnus (Euch. in Mat. Corp. Chri.)* addico: *Et nos tu aspera, sicut te calamus;* id est, Deus Eucharisticus adeo liberalis est erga nos, sicut nos erga illum: si Communionem peragimus sine decenti preparatione, sine devotione, sine gratiarum actione, abibit & ille sine beneficiis tuis. Si vero pro viribus condigne excipere studeamus Divinum Hospitem, cumulabit nos liberalissimis gratiarum thesauris, & demum aeternae vitae beatitudinem. Amen.

DOMINICA infra octavam Corporis Christi.

CONCEPTUS II.

Qua ratione Eucharisticus convivia comparatus esse debeat ad Sacrosanctum Epulum digne sumendum.

Misi seruum suum hora cena dicere invitati, quia parata sunt omnia. Luc. 14.

EXORDIUM.

1. Postquam Dei Filius pro salute humani generis victimam factus in cruce expiavit, nobilis quidam deuario, nomine Josephus ab Arimathea, ingressus ad Praesidem Pilatum, adducter petit Corpus Jesu. Non sine singulari praerogativa nota ad Scriptura adverbium, *audacter;* (Mat. 27.) quippe laud vulgaris erat

generositas inter illos populi tumultus, & Judaeorum livores requirere cadaver hominis, quem plebs & Principes communi suspitione inter abjectissimum malefactorum fœcem reputabant. Petitis, ac imperavistis: Et quoniam homo erat justus simul, ac opulentus, voluit Corpus tam magni Domini, quem Deum esse credidit, tam pretiosum, quam poterat, honoribus dignari. Quid obsequiorum illi præstitit? facit textus tria commemorat: in primis involvit illud in syndone munda, deinde collocavit in monumento novo, & tertio denique obvoluto lapide monumentum custodivit. Christiani Audite! Corpus illud, quod Josephus ab Arimathæa honorifice coluit, id ipsum est, quod octidua hac sollemnitate adoramus; id ipsum est, quod in spiritalium animarum refectionem nobis apponitur; id ipsum est ad quod sub symbolo hodiernæ cœnæ invitatur: Dicite, an parata sint omnia? Respondetur: ex parte invitantis quidem, parata sunt omnia; ita enim a servis nuntiatum est. Sed quid ex parte vestri? ut video, fileitis, hæsitatis. Cur? adverte, quod res est: ex una parte excusate vos a convivio non vultis, ne inurbanitate, & supplicium hodiernorum conviviarum incurritis: ex altera parte compere timentis; quia ignoratis, qui reverentia, quibus honoribus Divinum Hospitem excipere oportet.

2. *Prepositio.* Verum macti animis estote; Exemplum vobis hodie devoti Communicantis ante oculos statum in memorato Josepho ab Arimathæa: ac edocebo, tunc satis honorifice vos Eucharistico Epulo accubituros, si eadem obsequiorum triade, qua ille, Corpus Dominicum honoratis. Favete.

§. I.

3. *Confirmatio.* Primum igitur obsequium, quod Josephus Arimathæus Corpori Christi exhibuit, consistit in eo, quod syndonem munda illud involverit, quæ hodie adhuc Taurini in Sabaudia adstratur, & a fidelibus pie colitur. Advertis, mi Christiane communicans, quid per hoc tibi dictum velim? nimium per Syndonem mundam intelligi S. Bernardinus (T. 2. ser. 54. s. 2. c. 2.) conscientiam mundam, id est, ab omni forde peccati dealbatam, e-mundatam. Christus Dominus enim, quamvis per omnem vitam, nihilominus vel maxime munditiam specialiter requisivit, ubi ad institutionem venerabilissimi hujus Sacramenti pervenit. Vultis hanc veritatem mecum perpendere?

4. In primis interrogantibus Divinus Magister locorum Paschale convivium parandum esset, mirabile proforsus iudicium Divinus Magister significavit, inquires: *Occurrit vobis homo, in genam aqua baptizatus, sequimini eum.* (Marc. 14.) Res mira! nonne pro eo loco, quo Sacramentum Altaris instituendum erat, convenientius fuisse, si pro signo aliquam dicti Sacramenti figuram indicasset, dicendo v. g. occurrit vo-

bis agnus ad macellum ductus, videbitis panem, & vinum &c. Cur ego pro iudicio elegit amphotam aquam? nimirum aqua lotionis, & munditiei symbolum est: ideo hanc eam, ut si gnificaret Discipulis, eadem profors sollicitudine, & de munditie, & de loco curam habendam esse; putatque Tertullianus (de esp. 15.) hanc eandem aquam fuisse, quæ postea Apoflorum pedes abluiti sunt. Deinde ad locum convivii elegit *convivium magnum statum.* (Luc. 22.) iterum mysteriosa res! nonne enim in patulo est, quod Christus Dominus a pueritia viles, ac humiles domos amaverit? in ade Lauretanam incarnari, in stabulo nasci, in officina fabrilis educari voluit: cur ergo nunc, Sacramentum Eucharistiæ institutus, quæque amplum convivium, magis, & sumptuosius paratum? certe hujus ratio alia dicitur, quæ quod Eucharistiam magis honorare, nobisque indicare voluerit, eam omni possibili cultu, veneratione, ac animi munditie suscipiendam esse. Porro quero, cur hoc ipsum convivium esse debuerit? ita enim legit Origenes (in 36. in Math.) *Obsecrat vobis lectum in superioribus Arimathæam.* Respondet S. Ambrosius, qui, emens conuivatio fecundam ætatem purior, ac terrens foribus autem remotior est: verba recte S. Doctoris, (in Luc.) ita Moralizans: *Advertimus, quod non ad terrena descendere, sed in superioribus locum spiritum manuum curare debemus, ac Domini Pascha celebramus.* Ulterius: cur Christus Dominus profundissimum illum humilitatis actum ante cenam exegit, quod Discipulis pedes lavit? respondet iterum quo Ambrosius, (in Luc. c. 36.) *in qua id esse, ut nos edocere pariterem, cum qua ad Eucharistiam accedere debeamus, &c.*

5. *Observatio* hæc omnia, mi Christiane? igitur, quam accurata sollicitudine Christus Dominus omnimodam munditiam requisierit, quomodo hoc Sacramentum? dicite passim, quomodo tunc conscientie Syndonem constituit? ita quæ condolendum est Christi Domino, quod mole frequentissime in Syndonem immundam in qua universonum animantium genera clausa erant: quænam sunt hæc animantia? sunt peccata: O quoties illa, vel ista Dominus involvit Corpus Christi in Syndone conscientie plenæ ambitione! O quoties ille Dominus in Syndone conscientie plenæ sanguine, & oppressione pauperum! O quoties ille juvenis in Syndone conscientie plenæ obsecris imaginationibus! &c.

§. II.

6. Alterum honoris obsequium, quod Josephus Arimathæus Corpori Christi coluit, in eo erat, quod illud in monumento novo collocavit: de

quo nonnumquam postus fuerat. (Luc. 23.) An Deus Eucharisticus idem a communicantibus obsequium exigite? omnino exigite. Verum eheu! ubi sunt ea corda nova? quis ex nobis lateri non debet, in cordibus nostris dudum inimicos Christi, peccatum, hostiles inimicitias, impura desideria, alique mala stabalasse actum igitur est, non inventiuntur corda nova; id est, primario innocentie flore decorata: quid factu opus est? respondeo, si nova non sunt, renovanda sunt. Audite Dionysium Carthusianum (de c.) *Ponit Deum in sepulchro novo; qui collocat eum in anima iustus reformata.* Quæris, quomodo hac reformatio instituenda sit?

7. Sanctus Gentium Doctor modum Christianis præscribit, quo se dignos Eucharistica Elca efficiant: *Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, (1. Cor. 11.)* per quam probationem Concilium Tridentinum, (sess. 13. Can. 7.) & communis Patrum sententia Sacramentum Pœnitentiæ intelligit: Hoc Sacramentum Pœnitentiæ est labrum illud æneum, in quo lavari prius debent, qui in tabernaculum ingredi desiderant: Hoc Sacramentum Pœnitentiæ est oleum illud myrrinum, & lineam, quo ungi, ornarique debent anime, coram Eucharistico Altare comparitur. Hoc Sacramentum Pœnitentiæ est aditus ille Horeb, in quo Moyses, cum Deo collocutus, fondidos calceos exuere jubetur: Hoc Sacramentum Pœnitentiæ est thyrax intermedina hostium, quem victorioso edere debet Melchisedech contra quatuor Reges, antequam panem, & vinum offerat. Hoc Sacramentum Pœnitentiæ est arcium illud Regis, in quo vestes nuptiales distribuuntur hospicibus, antequam ad regale convivium intromittantur, &c.

8. Non sine singulari mysterio Divinus ille Panis de celo descendens pro loco nativitatis suis elegit sibi *Bethlehem* Juda: ut intelligatis mysterium, exenteranda sunt significationes harum duarum vocum: *Bethlehem* ex sua interpretatione idem significat, ac *domus panis*: *Juda* autem idem sonat, ac *Confessio*. En, quam archo consortio copulerent Confessio, & domus panis, ut indicetur, ad hanc pertingi non posse, nisi per illum, id est, ad Communionem Panis Eucharistici neminem admitti, nisi prævia Confessione: audi Bernardum (serm. 1. in Vig. Nat.) *Confiteor, & quo in Bethlehem Juda nascitur. Esto sollicitus, quemadmodum Bethlehem Juda inventus, & jam non in re solipsi designavit; Bethlehem quippe domum panis, Juda sancti Confessionem, &c.*

9. Quamquam hoc solo fidelis anima contenta esse haud debeat, quod per Confessionem limam, & tarcium et renovato cordis monumento gravia tantum, & lethalia peccata eliminat; sed operam conferre etiam debet, ut in revententium Domini Corporis etiam a ventralibus sepulchris conscientie emundet. Quam in rem Iohann exhortationem S. Bonaventuræ (T. 7. de

prop. ad fructus.) adducere juvat: *Probat se ipsum inquit, ex quanta caritate, & quali ferocitate cedit, non solum contra mortalia vitanda sunt, sed etiam venialia per inspectionem. Et per die fratrem dissoluta vita, & mala, consuetudinis, licet non occidant animam, tamen reddunt hominem sepulchrum, & graves obprobria, & in-dissolubilia, &c. &c.*

§. III.

10. Tercia denique sollicitudo Josephi Arimathæi ea fuit, ut sepulchrum Domini obvoluto lapide communicaret. Per lapidem hunc intelligo sanctum, ac inviolabile, propostum contra quavis peccata obprobria: multitudine est cor, ne post Deum Eucharisticum seclerata affectio subintraret: ita in hunc locum inveniunt Cardinalis Hugo, (in hunc ser.) inquires: *Sacrum magnum, quod ad nos hodie ad alium monumentum, est magis pœnitentiæ, quæ tenet in nobis Jesum per gratiam.* Adverte mecum observationem notari dignissimam, quam ex primo, & secundo capitulo S. Matthei eras.

11. In primo illo capite Josephi Virgo Maria quinques vocatur Sponsa S. Josephi: (Matth. 1.) *Virgo Maria. Cum esset desponsata, Joseph autem Viri viri. Conjugium illam, Accipit conjugem suam.* Econtra in secundo capite nec unica amplius vice Sponsa Josephi, sed unica Mater Jesu nominatur. *Accipit puerum, & Mariam suam.* (Matth. 8.) Id ipsum quatenus vicibus ibidem reperitur. Quid hoc rei? cur Electissima Virgo non amplius uxor Josephi nuncupatur? S. Hilarius (in 1. in Matth.) assignat aliquam rationem, inquires: Mariam solum ante Nativitatem Christi Sponsam Josephi appellari, post Nativitatem autem Matrem Jesu. Verba Sancti Patris sunt: *Cum desponsationem cum Ioseph significabat, conjugem nuncupavit, sed post partum tantum Jesu Mater ostenditur.* Verum redit questio, cur ita? an decesserit Maternitatem Virginis, cum post partum Sponsam Josephi vocari? precipite, quæ annotationem doctissimi cujusdam Commentatoris. (Villar. in 26. Jud. ad n. 10. Aplos. 2.) Postquam Maria genitum Jesum tenuit, basavit, in ulnas recipit, jam non decuit, ut alterius esse diceretur, quam solius Jesu: ideo non amplius uxor Josephi appellatur, ut indicetur eum, qui Jesum tenuit, ab omni alio affectu debere esse alienum, quam solius Jesu. Quæ Deum jam tangit, alterius non solum esse, sed & videri recusat. O mi Christiane communicans! quam apposite præstantissima hæc Doctrina tibi convenit! postquam Dei Filium in tui peccatoris monumento collocasti, jam vale dicendum tibi est humanis Affectibus, familiaritatibus noxiis, et vitiosis consuetudinibus, in veteratis foetibus: obvisandum est cor loco sepulchrali, illicque inscribendum: Non sum alterius, nisi solius Jesu.

12. *Epilogus.* Agite, igitur, Christiane anime! hunc modum agendi cum Christo Eucharisti-

ritio tenet: Iosephum Avimachum induito: Synonem inuadam, monumentum novum, & saxum mysticum preparate, & poteritis ad hanc Cenam admitti, dicere, quod etiam ex parte vestri parata sunt omnia. Amen.

Dominici infra octavam Corporis Christi.

CONCEPTUS III.

Confraternitati SS. Sacramenti, dum seculum suum celebrat prelegitur statuta, ac leges, ad renovandum homagium.

Custodite verba pacti huius, & implete eas, ut intelligatis universa, qua faciunt. Deut. 29.

EXORDIUM.

Apud Romanos fiebat renovatio fœderum Ita oportet renovari homagium Confraternitatis.

1. Antiqua Romanorum Republica, potentissima gentium Dominatrix, solebat externos populos in amicitiam, ac fœdera recipere, quæ deinde certis temporibus debebant renovari: sollemnitatis erat in paucis pomposissima; primo quidem in publico foro coram universo Senatu itentoria voce prælegebantur leges, ac pacta; tum exterarum Gentium Legati præstabant homagium una cum pretiosis muneribus; denique festivo populi applausu inter tympanum, siturumque iubila sollemnitatis claudebatur. Dilectissimi Auditores! ante centos jamjam annos nostri Majores cum Domino Deo, & etiam inter se ad honorem Sanctissimi Eucharistice Sacramenti pepigerunt fœdus laudabilissimum, & utilissimum: laudabilissimum; quia finis, ac scopus illius unice tendit ad animarum salutem: utilissimum vero; quia sancta hæc confœderatio per elapsum sæculum innumera nobis a Deo impetravit tantorumque, quam anima tenus beneficia. Quid agitis? quæ gratitudine Divinam Liberalitatem compensatis? an non lubet renovare fœdera, resuscitare pacta, restaurare amicitiam? Verum quid inprimis interrogo? hoc idem intentum est, quo in hoc templo hodie comparetis: nempe, ut primum vestræ Confœderationis sæculum, receptaque per id temporis beneficia festiva cum exultatione, humilique cum gratitudine celebretis. Videor mihi intueri flammantia corda vestra, quæ Eucharistico Numini, instar gratissimi muneris, offerre: video paratas linguas, & ora, quibus de novo Sacramentam dicere, & sub hæc sanctæ Confœderationis sepes jurare desideratis. Recte, sancte, laudabiliter faciis. Non dubito ego, quin in caelesti curia inter sanctos Angelos, & præsertim inter fratres, ac sorores, qui ex hac alma Confraternitate adbeatam patriam jam transierunt, ingens iubilus ad vestra pietatis studia exorturus, ipseque Deus immensa deo be-

neficia ad futuri sæculi decursum vobis desite naturus sit.

2. Proposito. Meritum autem partium, ut non otiosus festo intersum, meritum, inquam, partium erit, ut sanctas Confraternitatis leges vobis prælegam, refrenique memoriam eorum statutorum, ad quæ vi sancti huius pacti obstringimini. Quid possem magis profectum, magisque necessarium in rem nostram hodierna die agere? Hunc in finem ante omnia inculcata vobis volui verba prothematè adducta: Custodite verba pacti huius, & implete eas, ut intelligatis universa, qua faciunt. (Deut. 29.) Evæte.

Confraternitas instituta est ad quadruplicem finem.

3. Dissolva. Si ex impresso Sodalium libello Majorum nostrorum mentem, quam in institutione sanctæ hujus Confraternitatis nobis telatam reliquerunt, indago, prima itam fronte video, eos sibi quadruplicem finem præfixisse: Primo instituta est hæc Confraternitas SS. Sacramenti ad extirpationem scelerum, secundo ad implantationem Virtutum, tertio ad morientium confortamentum, quarto ad moriturorum solatium. Et in hoc ipso quadruplici fine funduntur Dei beneficia, nobis per elapsum sæculum largiter collata; quippe ingens Dei beneficium est præservari a peccatis; ingens Dei beneficium est, dirigi ad Christianam perfectionem; ingens Dei beneficium est confortari in mortis agone; ingens Dei beneficium est, eripi è periculosis penis. Jam ordine de quæterio hoc sine procedemus. Audite verba pacti huius, & sicite ea. (Jeremias.)

§. I. Ad extirpationem scelerum.

4. Confirmitas. Primum instituta est Sanctissimi Sacramenti Confraternitas ad extirpationem scelerum; & ad hunc certissimum non est efficiens remedium, sacrosancta Eucharistia; quæquodammodum enim de cervo dicitur, quodvis algam, aut paludosum locum ingreditur, ferrepentes omnes, chelydros, bufones, scorpiones, & quicquid venentorum animalium ibi recubat, in fugam agat; ita Eucharisticus Deus, si per dignam assumptionem cor hominis ingreditur, tamquam medicinale antidotum, omnia vitiorum insecta propulsa. Edocentur hæc veritatem & Scriptura.

5. Mirabilia sunt, quæ Deus beneficia contulit populo Israel: eripuit eos & captivitate, ditavit populum Ægyptiorum, duxit per medium mare, delevit inimicos, conservavit eorum vestes, nutritiv eos caelesti Manna: præ ceteris autem admirandum videatur, quod Psalmista affirmat; Non erat in tribulata eorum infirmitas. (Psalm. 104.) Estne possibile? Numerus Israelitarum erat ultra sexcenta hominum millia, & qui fieri potuit, ut in tanta multitudinem hominum, præsertim eorum, qui persecutionibus, viarum incommodis, multique malis erant afflig-

rogati, nec unicus infirmaretur? quæ ratio tam universalis vletudinis? Tertullianus (ap. Bar. serm. 70. 2. 8.) virtutem hæc refundit in Manna, iungens: Populus in eorum Manna cibatur, ad infirmitatem redactus est. Jam a figura ad figuram oculos transferamus. Si veteri illi populo inquit virtus tollendi graditudines corporum, quanto magis Eucharistico Pani adhibenda est virtus pellendi infirmitates animarum? videlicet virtus, & pravos affectus? O mi Sadaelis, an non in temetipso experitis hunc effectum? unde, queso, est, quod nunc facile superare valeas, quæ olim tibi tam dura videbantur? unde est, quod nunc passionibus, de quarum rebellionem multoties conquestus es, rationi subditas esse sentias? unde est, quod tentationes infernalis inimici quotidie magis descretere experiaris? unde est, quod caecæ conscientie sarcina, modo tot circumfusas spiritali gaudio plenam? unde hæc omnia, nisi ex dono Eucharistice Pabuli? quam parum enim lux, & tenebræ, ignis, & aqua, magis, & allium, Arca, & Dagon hæc compatitur in uno loco; tam parum inmo multo minus Eucharistice conventi cum vitis in uno corde, ita expressit S. Bernardus: (ap. Serm. script. 1. 1. p. 17.) Si quis vestrum hæc tamen accubis sentis intrantia, involta, sursus matu, & gratias agit corpori, & sanguini Domini, quoniam virtus Sacramenti operatur in eos. Vestrum est, Dilectissimi, ut beneficio huius effectui studiose cooperemini, fugiendo malas occasionibus, continendo externos sensus, resistendo tentationibus, & extremo odio averfando peccatum. Ita vult sacra regula, & institutum vestra Confraternitatis. Custodite verba pacti huius, & implete ea. (Deut. 29.)

§. II. Ad implantationem virtutum.

6. Alter finis, & scopus sanctæ hujus Confraternitatis est implantatio Virtutum, & propagatio Christianæ perfectionis; exigitur enim a Sodalibus hujus sancti fœderis, ut non vulgari quodam, sed supra ceteros perfectione modo vitam insistant, ipsaque externa morum compositione demontrent, se esse membra pie hujus Confœderationis. Ad hunc certe scopum per iterum magnam efficaciam habet Eucharisticum Pabulum; quemadmodum enim delicatis, ac subtilibus cibi generant purissimum sanguinem, & generosus spiritus, id quod in nobilium proliibus experimar, qui delicate educati plerumque supra vulgum sunt magis dociles, ac magnanimi: ita supernaturalis iste cibus sublimis animo inserit sensus, exicitate ad generosissimum ipsius victorias, & virtutum exercitia: hinc pulo nullibi magis contingunt pathetica, ac insignes peccatorum conversiones, quam ad clathros Communicantium.

7. Quis scit fortiam hunc effectum Eucharistice in spiritu fortis Italas, ubi in hac verba erupit: Deus ipse venit, & salvabit nos. (Isa. 35.) Et quid heri per hunc adventum Domini? percipite, quæ sequuntur: Tunc salvet, Clans Spicilog, Conspicnat. Pars I.

sicut cervus, claudus. Quis intelligitur per hunc claudum? intelligitur miser peccator, qui plane in semita mandatorum Dei tonne plumbeus, & ut ajunt, contractus est: Nonne superbus contractura laborat, quia non potest caput, & corpus inclinare ad humilitatem? Nonne avarus contractura laborat, quia non potest extendere manum ad operam egentium? Nonne luxuriosus contractura laborat, quia non potest pedem movere ad fugiendas occasiones peccaminosas? & sic de ceteris vitiis differendo, omnis peccator claudus, & debilis, & miser est. Ecce autem, cum Deus ipse venisset in Sacramentis Alarhi, ait supra citata Propheta verba Dilectissimus Guillelmus Parisiensis: (serm. 2. in Fest. Corp. Christi.) tunc hic claudus, debilis, & miser peccator in semita mandatorum Dei saliet, ut servus: verba laudati Doctoris sunt: Tunc saliet, sicut cervus, claudus, & saliet peccator saliet de vitis ad virtutem, de mundo ad gloriam. Tunc saliet superbus ad humilitatem, tunc saliet tenax ad liberalitatem, tunc saliet impudicus ad castitatem, tunc saliet iracundus ad mansuetudinem, & Vestrum est, Dilectissimi, ut huius efficacis Sacramenti studiose cooperemini, frequentando sicram Communionem, adjuvando egenos, visitando infirmos, multiplicando pietas preces, meditando caelestia, aloque virtutum actus exercendo. Ita vult sacra Regula, & Institutum vestra Confraternitatis: Custodite verba pacti huius, & implete ea. (Deut. 29.) &c.

§. III. Ad confortamentum morientium.

8. Tertius finis, ac scopus pie hujus Confœderationis est confortatio morientium ad ultimum, & periculum horæ extreme prallium. Enimvero Eucharistia per se iterum efficacissima est ad roborandos agonizantes contra infernalem adversarium; quemadmodum enimoloris, gales, & clypeus pugilem roborat ad pugnam; ita sacrosanctum Viaticum misce confortat morientes ad lucam ultimam.

9. Deum immortalem! quis non toto corde exhorretcat, cum ultime hujus lucæ pericula cogitat? ibi certe infernalis inimicus, sicut, quia medicum tempus habet, (Aper. 12.) artes suas, machinalque omnes convocat, tentationes centuplit in morientis ruinam; proponit homini præterita, præsentia, & futura: præterita quidem, id est, peccata omnia; totumque seculorum catalogum a prima juventute commissorum, Eheu! quætuas erit horror agonizantis, cum intuebitur totius vitæ noxas, & ex altera parte de vera penitentia, & remissione non erit securus? Præsentia autem, id est, vanitatem rerum mandatarum, & finem temporis, Eheu! quætuas erit horror agonizantis, cum viderit volantes, tenerrime amatas jam esse defraudatas, & cum incognitis æternitatis regionibus commutandas! Denique Futura, id est, erendum Judicis tribunal, & vel proximorum, vel